Bendinelli

469

1.

Tractatus de Balneis Lucen ſibus. Uille ⁊ Coꝛſene.

Ad Lectorem.

Lector accipe hoc facile opuſculum patrie & amicoꝝ gratia editum Quod difficile eſſe nolui vt vniuſcuiusque ingenii facultas ad huius dicta percipienda ſe extendat: p lege ſingula, que ab omni pōpa & ambitione denudata ſi incompta inueneris corrige veniãq; da: quoniam amore aut odio homines ſepissime cadunt a rectitudine.

¶ Tabula Capitulorum queſtionarumque contentarum in hoc Tractatu,

De Balneo Ville. Cap. 1
De Minera huius Balnei. Cap. 2
De tempore vſus huius Aquæ. Cap. 3
De regulis ſeruandis. Cap. 4
De regimine ſeruando quo ad victum cap. 5
De iuuamētis huius balnei ad ſtomachum. cap. 6
De iuuamentis ad Epar. cap. 7
De membris generatiuis. cap. 8
De Potu huius Aquæ. Qō 1
An hoc Balneū conueniat febrientibus. Qō 2
An hoc Balneum ſit ptiſicis bonum. Qō 3
An hoc balneum conferat in fluxu ventris. Qō 4
An hec aqua ſit bona ſpleneticis. Qō 5
An hec aqua conferat idropicis. Qō 6
An hec aqua cōferat ad prolem procreandā. Qō 7
An hoc balneum valeat podagroſis. Qō 8
An hoc balneū cōferat ī ſcabie &cutis pruritu. Qō 9
Vtrum exercitium ſit ſanitas. Qō 10
De Coitu.
Vtrum illis qui ad hęc balnea venerunt cornetti vel ventoſe cū inciſione poſitæ conueniant. Qō vltima.
Tractatellus de balneo Corſene.
De Stufa.
De Docciis.
De Balneo ſancti Ioannis.

¶ Incipit Tractatus de Balneis Lucenſibus. Et primo de Balneo Ville dicendū eſt.

CVm oporteat vnūquēqꝫ Artificem prius deſcribere illud in quo conſiderat (vt inquit Cōmentator Cōmēto ſecūdo). Primo celi ⁊ mūdi. Deinde cum omnis doctrina ⁊ omnis diſciplina ex preexiſtentiū fiat cognitione:(vt inquit Phs. 1. poſte.) Atqꝫ accidentia magnā prē ꝯferāt ad cognoſcendū vnūquodqꝫ (vt ab eodem dicit primo de aīa) Uidendū primo eſt quomō aqua iſta ſeu diuz balneoꝝ ex terra manans que frigida eſt ⁊ ſicca poſſit feruens ſeu calida ex actu exire. Qua parua dubitatiūcula expedita ad reliqua cōſequēter dicenda deueniā. Huius dubitationis varie opiones repte ſūt ſm variū modū intelligētiū Phoꝝ de nā querētiū. Quaꝝ prima fuit Milei. vt recitat Conciliator problematū 24. particula Cōmēto 18. dicētis talē caliditatē in aqua induci a vento cauernas ſubintrāte ⁊ ſuo motu frequēti aquas cōmiſcēte. quē male arbitrātē copioſius ⁊ lucidius ꝙ afferā ſic reprobat Cōciliator. Si talis caliditas a vento in aquis ꝓduceret ſubterraneis cum ventus eas nō moueat vniformiter nec vniformiter eſſent calide: qḋ cum nōdū fuerit viſuz Mileus a veritate diſſonabat. Itē cōtra eūdē ſcḋo ſic inſtat. Si aque ventoꝝ motibꝰ calefierent cū quādoqꝫ venti deficiāt ⁊ aquaꝝ caliditas deficeret, ex quo balnea olim calidiſſima frigida redirent. ꝙ dicere priori dicto conſtat abſurdius. Secūda opio fuit cuiuſdā alterius Phi credētis ſolaribus radiis aquas incendi ⁊ ad talē caliditatis gradū alterari. Exiſtimabat eniz ſolem aut actu aut potētia in illis opari. Qḋ ſi eſſet verum predicta ēt inconueniētia ſequerent: ⁊ clarū eſt ꝙ aque eſſent aliquādo frigide aliqn̄ calide. Tunc eniz hmōi aque ebullirent cū Sol ad eſtiuū tropicū reuertit cancri frigidiſſimeqꝫ eſſent cum Sol ipſe hiemale tropicū capricornii petēs a nobis remouet. Deinde ſi ſubterranea concaua inflāmarent ex Solis radio aut potētia eadē rōne flumina ⁊ mare ſemꝑ ebullirēt;

⁊ multo magis cũ agẽs fortius agat in ꝓpinquũ ꝙ̃ remotũ.
¶ Alia fuit opinio Democriti, ut refert Ugolinus de mõte catino, imaginãtis aquas fieri calidas ꝑ ſuos velociſſimos motus, ⁊ caſus ſuper lapides illos quos uiuos appellamus: ⁊ ſunt illi lapides a quibus ſcintilla excudit ⁊ ex quibus calx cõficit. Quo nẽpe preſupponebat ſibi Democritus quod primũ erat motus uelociſſimus aquarũ, ſecundũ erat ignis in lapidibꝰ incluſus qui ex potẽtia aque uexatus in illis agẽs feruere illas urgeret. Nec iſte Democritus multũ aberrabat licet huc uſq; nõ apparuerint aque ita uelociter mote calidiſſime, nec lapis quis uiuus fuerit reptus qui nõ alteratus ab extrinſeco igne aquas alteret ad tm̃ caliditatis gradũ. ¶ Quarta opĩo memorabilis fuit illius Cõciliatoris excellẽtiſſimi Ariſtotelẽ imitãtis, qui ponit nõ motu ſup lapides aut igne incluſo aquas caleſcere ſed illarũ tranſitu p ſulfureas ac alias mineras calidas que potẽtiſſime aquas ptranſeũtes igniant. Colligit huius ſentẽtia ab Ariſtotele ꝓblematũ allegata pticula problemate 19. ubi Balnea appellat ſacerrima: eo quod ⁊ ſacerrimis fiant ſulfure ſcilz ⁊ flamma. Roborat etiã ab Ariſtotele huiꝰ uiri opinio in de ſenſu ⁊ ſenſato dicente Phõs antiquos uoluiſſe aquã eſſe talẽ qualis trãſeat p diuerſa loca Terre: calefiet igit ſi p loca ſulfurea calidiſſima tranſeat. Patet igitur calefactionis modus ex dictis: nec eſt in eo excitandũ tã Phi ꝙ̃ Conciliatoris teſtimonio. His uiſis ſurrexerũt nõnulli Poete carminibus ſuis affirmãtes loca pticularia pticulares effectus producere ui pticulariũ ſyderũ quocũq; opere nature remoto inferioris. Dicũt iſti hec balnea ⁊ alia nõ cõſurgere calida ſulfure aut alio. Sed quia ad illa ꝓducẽda ſyderũ aliqua ita influũt ſũmi ⁊ oipotentis Dei miſericordia. Nec mirũ ſit hos errare: accidit. n. illis aut ex cauſarũ generũ ignorantia aut ex ingenii ſui ſtoliditate, qui nõ cõſiderãtes cãm formalem ⁊ materialẽ cuiuſlibz cõpoſiti: cõpoſita ſingula ab efficienti cã ꝓducta aliis cauſis excluſis enunciauere. Nullus unq̃ negauit aſtra ⁊ celum hec inferiora nõ ꝓducere cũ oĩũ mũdanoꝝ effectus ex illis cauſent. Colligit hec ſnĩa ab Ariſtotele me

theoroꝝ primo: cũ dixit, totus iſte mundus contiguus eſt la-
tionibus ſuperioribus: vt inde tota eius virtus gubernetur.
Idem ẽt clare ꝑtulit 12. Metaphiſice vbi inquit. Motus celi
eſt cã gñationis ⁊ corruptionis in inferioribus. Idẽ ẽt hẽtur
ſcdo de gñatione vbi dicit. Motus celi in aliquo circulo gene
rat ⁊ corrumpit. Poteſt ẽt hoc idem ratione perſuaderi: nam
ſi celum ⁊ ſydera pñt hoies ad extraneos effectus adducere
poterũt ẽt diuerſa alia in diuerſis locis cauſare: ſed poſſunt
primũ iuxta illud. Volentẽ ducũt nolentẽ trahũt: ergo ẽt po
terũt ſecundũ. ſed hoc nullo modo facere valẽt materiali cã ⁊
formali remota. Dicat ergo ꝙ cõcordãtia nature inferioris cũ
natura ſupiori mixtoꝝ diuꝫ eſt ꝓductiua: vt in fine ſcdi de gña
tione dicit ab Ariſtotele. Sed q: poſſet vlterius aliquis he-
ſitare quomõ ſub terra tale ſulfur ꝓducat. Eſt ſciendũ ꝙ ſub
terra due materie a ſuperioribus eleuant ex quarũ vna calida
⁊ ſicca ſulfur & ſimilia fiũt. Ex alia vero que frigida ẽ ⁊ humi-
da nõnulla alia generant ſicut argẽtũ viuũ plumbũ ⁊ ſimilia
q: fiunt determinata ex determinatis, ⁊ nõ oia ex vno, vt pri
mo dr̃ Phiſicoꝝ. Quibus ſub terra productis ſi contingat
aquã ꝑ illa loca trãſire exit feruẽs minerarũ illarũ naturam ex
portãs: ⁊ q: illa loca noua cõtinue ꝓducũt ſulfura: ita cõtinue
labit aqua calida. nec ponã vñ initiet aqua illa ſubterranea:
eo ꝙ Metheoroꝝ libro fuerit ſufficiẽter declaratũ a Pho.
Et hec quantum ad aque caliditatẽ dicta ſufficiant.

¶ Capitulum ſecundum de minera huius balnei.

Expedito ac declarato modo caliditatis huius aque
reliquũ eſt d̃ minera illius loqui, ex cuius notitia vni
uerſa egroꝝ cõferẽtia dependet: atqꝫ illa ignorata pe
cuniarũ ⁊ ſanitatis detrimẽta ſequent. Et ſicut im
poſſibile ẽ medicũ egrũ aliquẽ curare niſi egritudinẽ ſciuerit
ita impoſſibile erit medicũ ex balneis honorẽ acquirere niſi
minerã illius precognouerit. Et cũ difficillimũ ſit ꝑ ſublimia
tiones mineras balneoꝝ integre ⁊ pfecte pcipere huius tra-
dẽde notitie vltra alios Ugolinũ d̃ mõte catino balneis ob-
bus familiariſſimũ teſtẽ preſupponam. Dicit iſte magiſter in

ſuo de balneis q̄ huius balnei minera eſt ferrū ſimpliciter:
quo excepto nulla alioꝝ mineraliū natura vel qualitas ſecum
iungit. Nec aliter ferrea ⁊ ſapore dulcis ac colore plucida eſt,
ac ſi cuiuſcūqꝫ fontis aquā clariſſimā in ea ex dicto ferreo ſtilo
videres. Nec eſt ēt in calore multū excedēs nec tepida, ſed ex
dono magni Dei taliter ſe hꝫ. q̄ nec a ſapore odore aut ca-
lore aliquis bibentiū vexat, bibit tñ ⁊ ſine nocumēto aliquo
tolleratur. Sed q: poſſet aliqs dubitare ex dictis ſupius: videlꝫ
q̄ cū ſit a ſulfure calefacta q̄re ſapoꝛē ⁊ odorē illiꝰ nō retineat
Cui videt q̄ poſtqꝫ aqua calidiſſima a ſulfure recedit p terrā
⁊ ferri minerā trāſit: quibus frigidioꝛ reddit ac a ſulfuris fe-
tore ⁊ ſapore mūdat: atqꝫ ita cadit in balneū mūda ⁊ lucida.
Viſo igit q̄ ferrea ſit ſimpliciter ſciendū eſt q̄ ferri qualita-
tes illā cōcomitant licet in ea debiliores ſint qꝫ in ipſius fer
ri ſubſtātia: cū ergo ſm Auicēnā ſcōo canone ferrū frigidū ſit
⁊ ſiccū ⁊ in eo ſit ſtipticitas. multa dicamus huius aque pro-
prietatē eſſe infrigidare exiccare ⁊ ſtipticare: licet in veritate
frigiditas virtualis pp aque caliditatē actuale ⁊ ſua ſiccitas
pp aque humiditatē. modica ſit. Et ideo q: nō eſt actualiter
multū calida: ⁊ vt dictū eſt eſt infrigidās aliqualr: quapp quī
cūqꝫ in hac aqua ſe balneat pp ſtomaci ſui frigiditatē vt illi re
ſiſtat infrigidationi quā cauſat: ⁊ vt magis ſibi pficiat inūgat
hora introitus i illo ſtomachū ſuū ex aliquo vnguētoꝝ ſtoma
chū calefacientiū. Eſt ēt in hac aqua in minori gradu ſiccitas
qꝫ frigiditas pp duo. Primo pp aque humiditatē naturalem
ſcōo q: nō eſt valde ferrea: ⁊ expientia docuit hec aq̄ nullo mō
exiccat: ſed potius humectat: ⁊ exiccata mēbra madefacit: hꝫ
etiā ſtipticitatē aliquā a ferro: vt allegato capitulo legit: qua
mediante relaxatis mēbris ab humido non eſt paꝝ proficua.
Tarde tñ eſt opationis: quapp patiētes potius illo vtant die-
bus. 40. qꝫ. 30. Alteriꝰ eſt ſciēdū: q̄ dū aliqs hoc balneo vtit:
eiꝰ iuuamēta nō bene pcipiunt: ſꝫ poſt reditū domū debito
ſeruato regimie meliꝰ mōſtrāt: tūc. n. nā refocillata qꝫtū ꝯtra
morbos ꝯualuerit: patefacit. His viſis dōꝫ eſt mō de tpe ꝯue
nīeti ꝑ vſu balnei huiꝰ: ne ex errore a venietibꝰ calūniet.

Capitulum tertiũ de tempore huius aque.

Queritur vlterius quo tpe ſeu qua parte anni debeāt ad hec balnea gentes ire: et aliquibus viſum eſt autũnali tpe veniẽdum: putãtibus tunc balnea fore viſitanda: eo ꝙ natura tam qualitate autũni ꝙ̃ futuri hyemis veniẽtis auxilio indigeat. Nõnulli vero aliter et melius cogitantes dixerunt vernali tpe veniendũ: et hoc dictũ quibuſdã rationibus fulciunt: que poſitis certis notãdis inferius adducenf. Notanduʒ ꝙ ver aliter a medicis et aliter ab aſtrologis diſtinguif. Voluit Auicẽna ver eſſe tẽpus illud in quo niues a mõtibus cadunt: qđ dictũ eſt ſatis dubiũ: nã cuʒ niues in diuerſis tẽporibus et ptibus anni ſup mõtes cadãt: ita in diuerſis anni tpibus ab illis cadẽt et liquefient. Si vero tũc ad hoc balneum veniẽdus foret: poſſet aliquis de menſe ianuarii ad hoc balneũ venire: qđ pʒ ſi eo tpe dies forent meridionales. Itẽ ex hoc dicto Auicẽne poſſemus dicere eſtateʒ qñqʒ ver ipſuʒ pcedere: qđ notũ ẽẽt: ſi de menſe auguſti aut ſeptemb: ſi ningeret. Aliter et melius aſtronomi de ipſo putãt Dicũt iſti annũ ſolareʒ in quatuor quartas diuidi: et vnicuiqʒ quarte tria ſigna zodiaci attribuunt: que ſigna duodecim ſunt: videlicet. Aries: Taurus: Gemini: Cãcer: Leo: Uirgo: Libra: Scorpio Sagittarius: Capricornus: Aquarius: Piſces. Facta igitur hac diuiſione triũ durabit vnũquodqʒ tps quãdiu ſol motu ſuo naturali tria ex dictis ſignis peragrauerit. Dicatur igif cũ Cõciliatore prima problematũ cõmento nono et cum Haly qnto theorice ver incipe ea die et hora qua ſol primũ Arietis gradũ intrat: duratqʒ donec ipſius arietis tauri ac geminoꝝ ſigna pcregerit: & vt melius amici mei intelligãt: qr hoc anno. 1482. ſol intrauit arietẽ vndecima die martii durabit ver vſqʒ ad vndecimam iunii ſine dubio. Eſtaſqʒ erit ab vndecima iunii vſqʒ ad vndecimã ſeptẽbris: eodeʒ modo dicaf diuidẽdo de autũno et hyeme. Notandũ ſcđo ꝙ cum vnũ extremũ ſapiat naturã alterius extremi: nullus admiretur: ſi dixi ver durare vſqʒ ad vndecimã iunii: tunc eſt etiã ver: lʒ eſtatis naturã ſapiat: et cõtraxerit. His poſitis ad rõnes adducendas pro ſcđa

opiniõe deueniã:quarum prima eſt iſta: In purgatiõibus noſtri corporis debemus querere tpa temperatiſſima vel tempera mento propinqua: ver aũt eſt huiuſmodi: ergo hoc balneũ vere magis cõuenit. Maior huius rõnis eſt clara: eo q natura noſtra in purgationibus fiendis nõ leditur niſi a qualitate farmaci: ſi tpˢ in quo fit nõ ſit excedens in calore aut frigore. Minor vero eſt Auicẽne ſecũda primi cap. de naturis tpor̃ ⁊ Galeni tertio afforiſmor̃ cõmẽto 10. Itẽ eſt cõueniens hoc tpˢ magis q̃ autũnus q2 adiuuat ad ſanguis gñatione ſua pro: mitate ad ſanguinẽ: vt dr̃ ſcda primi cap. de mutatione qualitatum aeris: huius oppoſitũ facit Autũnus q cũ ſanguis gñationi ſit oppoſitus ſanguinẽ minuit ex quo natura ex diſpõe tpis debilitata difficilius balnei huius alterationes aliqualiter ipſam et debilitãtes ferret. ¶ Scda rõ eſt iſta. In illo tpe balnea cõueniũt in quo decens eſt corpa nr̃a diſponere vt ſe ab egritudinibus preſeruent. Tale aũt tpˢ eſt ver ⁊ nõ autũnus: ſicut inquit Auicenna quarta primi capitulo de regulis cõibus vomitui ⁊ ſolutioni ventris: ⁊ primo Canticor̃ in textu illo. Et corpus indiget. Hec eadẽ ſnia habet ab Hipocrate ſexta afforiſmor̃ i illo afforiſmo. Quibuſcũq3 flobotomia aut farmacia pfert hos vere flobotomare aut farmaciã dare. Maior etiã huius ſcde rõnis eſt clara: nã ⁊ balnea corpa nr̃a purgant: vt dixit Galenus q̃rto afforiſmor̃ cõmẽto ſcdo: ergo ⁊ cetera. ¶ Tertia ratio eſt hec. In tpibus alteratis multũ vel diſpoſitis ad alterationes malas regulariter operãdo nõ debem⁹ vti balneis. ⁊ rõ eſt q2 tã a forti calido q̃ a forti frigore corpa ex balneo reſoluta ⁊ rarefacta poſſent notabilia nocumẽta contrahere: ſicut colligi põt ex illo afforiſmo quarte pticule. ſcilʒ Sub cane ⁊ ante canem farmacie ſunt moleſte. Cum aũt in autũno quãdoq3 dies ſunt ventoſi ⁊ pluuioſi quãdoq3 frigidi ⁊ qñdoq3 calidi: vt dicit Auicenna cap. de pulſu tempor̃. Sequit q in illo tpe poſſent corpa nr̃a ledere ⁊ catarros malos excitare ex tali dier̃ diuerſitate. vt dr̃ ab Almãſore cap. de catarro: imo autũnus eſt tpˢ malũ ⁊ replens capita ſupfluitatib⁹. ſicut Auerrois quarto colliget capitulo de ſignis egri

tudinuȝ futurarũ:ꝙ dicta ꝛ alia nocumẽta tpe veris nõ ꝓueniẽt. Notãdũ ꝙ licet hec oĩa canonice bene dicta fuerint tn̄ ꝑ hui⁹ aque nobilitatem ꝛ tepiditatem ſuã nõ ſoluȝ valet tpe veris ſed peroptima eſt toto eſtatis tpe:ꝛ iudicio meo quãte inten ſiores eſſent calores tanto melior eſſet. ꝛ precipue ſi aliquis ipſam bibere indigeret, qꝛ in dicto tpe ꝛ ꝑ ſudorem ꝛ ꝑ infe rius melius operaẽ a Solis eſtu, velut magis digeſta ꝛ deco- cta:nec taliter alterat corpora in forma balneationis ꝙ quis debeat reſolutionem aliqua ex illo timere. Quod totum pro uenit ex dono glorioſi ꝛ omnipotentis Dei. ꝛc.

¶ Capitolũ quartum de regulis ſeruandis.

Vteriusboc in loco regule ſeruãde ſũt ꝑ vſu illius po nende ſunt:ne cõtingat error regimine malo:deinde vt agẽte diſpoſito ad agendũ ꝛ patiẽte diſpoſito ad patiendũ fiat pfecta actio. Tum ne medico aliqueȝ ad hoc bal neuȝ mittẽti experimentũ fuiſſe fallax improperẽt cũ nõ fue rit a patiente bene applicatũ. ¶ Prima igiẽ Regula ſit iſta. Qui intendũt hoc balneo vti ſint prius purgati ſaltem vni- uerſalibus euacuationibus: ꝛ rõ regule eſt hec. Nam aut iſti tales intendunt hoc balneum intrare gr̃a malaꝝ diſpoſitionũ ſuoꝝ membroꝝ:aut gr̃a ſolacii:ſi ꝑ primũ euacuãdi ſunt ne humores a balneo moti ad illoꝝ leſa mẽbra currãt ꝛ magis ledanẽ,ſeu difficilior fiat diſpoſitio ex ꝑñtia humoꝝ in corpe. Si ꝑ ſecundũ etiã purgari debent ne aqua iſta eoꝝ humores moueat ꝛ forte in putrido eſſe ponat: vnde febres oriunẽ. Euacuenẽ ẽt neceſſario quicũqꝫ ad hec balnea veniũt.ꝛ ſaltem ꝑ hoc qui cũ magna ſit loci huius amenitas fere oẽs ad victus intemperãtiã vrget:tũ qꝛ mirabilr̃ hec aqua appetitũ excitat. Si vero queraẽ quis humoꝝ euacuãdus:reſpõdeaẽ ꝙ flegma & ratio eſt hec:qꝛ cũ hoc balneũ ex rõne ferri ꝛ aque ſit infrigida tionis ꝓductiuum poſſet propter hoc flegma frenum nature exire ꝛ febres facere ſicut in hoc loco viſum eſt ſepiſſime. Intelligenti etiam patet quod tam ratione ferri quam aque colere non aſſimilaẽ ꝛ cetera.

Secunda regula eſt hec. Intraturi hoc balneuꝫ ipſum intrent
frigidiori hora diei ⁊ ꝑcipue ſi fuerit tp̄s magni eſtus: rō eſt
quia in illa hora diei frigidiori minus corpora reſoluuntur, ⁊
longiori tempore poſſunt in illo ſtare. Intrent igitur balne
um iuxta ortum Solis vel illius occaſum ⁊ cetera.
Tertia regula eſt hec. Intraturi hoc balneū prius habeāt ven-
tris beneficiuꝫ, ſi poſſunt vrinēt ⁊ expuāt: ratio eſt hec qꝛ mun
dato corpe a ſupfluis facilius tolleraƭ ⁊ meli⁹ ꝓculdubio opaƭ
Quarta regula Aduertant illi qui hoc balneuꝫ intrant ne prius
in illo intrauerint ſcabioſi aut leproſi: eo quod illud quod tan
gitur a corrupto corrumpitur vel aptum eſt corrumpi: vnde
ſaniſſima corpora poſſent illa eadem nocumenta lucrari, cum
ſcabies ⁊ lepra ſint de numero eorum que inficiunt adheren-
tes: vt ſecunda primi dicitur ab Auicenna.
Quinta regula eſt hec. Qui vtuntur hoc balneo maneant in eo
vſqꝫ ad aduentum debilitatis excluſiue, ideſt donec ſentiant
ſe aliqualiter inanitos Et vt tempus egrediendi melius ha-
beatur. Eſt ſciendum ꝙ cum viderit patiens carnes digito-
rum manus factas criſpas ⁊ vacuas tunc debet exire. Et hoc
ſignum eſt in illo loco familiare ſeruatum. ⁊ cetera.
Sexta regula. Qui fuerit balneatus in exitu ex balneo dum
domum vadit totum corpus ſuum bene cooperiat ⁊ precipue
caput, ne aliquod nocumentum incurrat ex aere.
Septima regula eſt. Cum balneatus domi fuerit lectum in-
grediaƭ calefactuꝫ ⁊ bene cooperiaƭ: quia egredieƭ aliqua aquo
ſitas cutanea in balneo acquiſita. Et ſi queratur an iſte debeat
dormire, dico ꝙ ſic: ſed ꝑ modicum tp̄s: ⁊ ratio eſt qꝛ per ſom
num huiuſmodi non multum prolixum ceſſabit reſolutio: cū
ſomnus trahat a circunferentia ad centrum deinde ꝑ ſomnuꝫ
reſtaurabunƭ ſpiritus a balneo fatigati: quibus refectis aufere
tur laſſitudo. Contrarium huius faceret ſomnus prolixus: qꝛ
ꝑ talem ſomnum in corpore reſoluto fieret humorum agita
tio ⁊ maior inflāmatio membrorum: vt poteſt colligi ex illo
afforiſmo Ipocratis. Somnus & vigilia vtraqꝫ ⁊ cetera.
Octaua regula ſit hec. Poſtqꝫ balneatus balneum exiuerit nō

ſtatim commendat ſed prius aliqualiter deambulet ⁊ ſe exer
ceat:⁊ ratio eſt quia per tale exercitiū vapores ⁊ ventoſitates
alique a calore balnei excitate vel generate inſenſibiliter re/
ſoluentur aut exibunt. Si vero talis eſſet ita debilis vt ſe exer
cere non poſſet fiant ei fricationes. Poſt tale vero exercitium
capiant laudabilem cibum ⁊ in conuenienti quantitate.
Unde tamen recordor ne poſt exitum a dicto balneo aliquis
audeat frigidam aquam bibere propter nocumenta que poſ/
ſent in neruis cauſare. Ut patet intelligenti.
Nona regula ſit hec. Qui hoc balneo vtuntur non intrent hoc
balneum poſt aſſumptum cibum niſi adminus per ſex horas
ne ex potentia cibi in ſtomaco fiat in epate opilatio ſicut faci/
liter fieri poſſet. Elicit̄ hec regula ab Auicenna ſeptima quar/
ti Tractatu quarto Capitulo ſecundo.
Decima ⁊ vltima regula eſt hec. Si quis biberit aquam hu/
ius balnei in die illa non dormiat nec ſedeat multum: ſed ſit
tota die in continuis exercitiis. Quia cum hec aqua expulſio/
ne indigeat ⁊ per ſomnum ſuperfluitates retineant̄: eſſet in/
tentionis medicoꝝ contrariū. Item cum diurnus ſomnus
ſit frigidꝯ ⁊ humidarum diſcraſiarū productiuus: vt dicit̄ ter
tia primi: ex potentia alicuius reſidui aque poſſet in corpore
noſtro aliquā egritudinem de nouo cauſare: ſicut eſſe poſſet ca
tarrus, oculoꝝ lacrima, aut neruorum mollificatio. ⁊ cetera.

¶ Capitulū quintū de regimine ſeruādo quo ad victū.

Quia fuiſſet nimius prolixus ſi p regulas ſeruandas ſu
perius poſitas omnia illa que in ſex rebus nō natura/
libus cōtinent̄ adduxiſſem: ideo ne ſim diminutus
itēdo in hoc caplo oia illa cōgregare: vt debito regimie ſerua
to in mō viuēdi valeāt venientes ampliſſimū fructū expor/
tare. Sciendū pmo res nō nāles eſſe ſex. ſ. aer motus ⁊ quies ſō
nus ⁊ vigilia, inanitio ⁊ repletio: cibꝰ ⁊ potus ⁊ accidētia aie.
Et iſte res dicunt̄ nō naturales qꝛ ex debito vel indebito earū
occurſu corpori noſtro aduenit ſanitas vel egritudo: vt tertio
tegni a Galeno, ⁊ ſecunda primi colligit̄ ab Auicenna.

Incipiendũ nempe eſſet primo ab aere cum ſit primũ numeratũ ⁊ ſit de valde alterãtibus corpa noſtra. Sed quia in hoc loco eſt ita ſalubris ⁊ tẽperatus ſicut in aliquo locoꝝ quis dicat ſe vidiſſe: ⁊ precipue eſtatis tpe: ideo de hoc nõ vlterius loquar. Notent tñ vnum ad hec balnea venientes ſe debere ſũmopere nocturnum aerem fugere ⁊ ventoſos dies: quia ex vſu aque calide data eſt occaſio ventis ⁊ aeri frigido ut facilius corpora noſtra ſubintrent ⁊ nocumenta cauſent. Sint igitur tempore noctis ⁊ dierum ventoſorum in cameris cum igne ⁊ bonis odoribus: qbus ſp cerebro ⁊ vtuti debili ſit gratũ.

De Cibo ⁊ Potu.

Sciendum eſt ꝙ Cibi ⁊ potus nõ ſoluꝫ male diſpoſiti ſꝫ ⁊ multum ſani debent euitare nimiã quãtitatem ⁊ qualitatem ⁊ diuerſitatẽ: iuxta illud Auicẽne tertia primi: cum dixit. Et crede mihi ꝙ nihil eſt deterius ꝙ̃ diuerſa nutrientia ſimul iungere: ⁊ in hoc ſint bene ſolliciti: ⁊ precipue ne excedãt poſſe virtutis in quãtitate ciboꝝ: nec eſt hoc obliuioni tradendũ eo ꝙ vt plurimũ ad hec balnea veniũt corpa ſtomachos hñtia debiles: que ſiue pp guloſitateꝫ ſiue pp ſocietatem impellentem quãdoqꝫ nimio cibo replent: quem cuꝫ coꝝ calor naturalis nõ poſſit digerere putrefit i eoꝝ ſtomachis quo facto putrido p quindeciꝫ dies male ſe habebunt. Pane vtant cocto ⁊ bene fermentato, vt mos eſt: ⁊ ſi contingeret illos aut pp releuatũ appetitũ aut alio ad comedendũ cogi: euitent panis repletionẽ: ⁊ precipue hoc bene intelligãt epatici quibus panis aduerſat. Dicit Auicẽna Impedimẽtũ indigeſti panis corpori nr̃o eſſe deterius indigeſtione carnis. De carnibus vtant bonis ⁊ facilit digeſtabilibus ⁊ que ſunt boni cibi ſicut ſunt pulli turdi ⁊ auicule necnõ ⁊ carnes edoꝝ ⁊ caſtratoꝝ: ſed qꝛ hoc in loco ex bonitate Regionis parũ cõtingit error cõmitti. Ideo de carne hec dicta ſufficiãt in preſenti: qm̃ de vino vnuſquiſqꝫ bibere debꝫ illud qđ corpi ſuo eſt appropriatũ. Et qꝛ diuerſoꝝ corpoꝝ diuerſe ſunt diſpõnes nõ eſt ſilentio pretereunduꝫ ne unicuiqꝫ ſibi cõueniens vinũ aſſignet Corpora ſupcaleſacta ſeu que calidas hñt cõplexiones, vt ſunt

epatica ⁊ valde colerica ⁊ ꝑꝑ hec multū exiccata vino vtantur
albo mediocri ſeu ad mediocritatem reducto cū aqua: nā dixit
Auicenna tertia primi. Et vinū albū ſupcalefactis quidem eſt
meli⁹: dixi ēt ꝑmixtū ſit aqua dulci aut aqua huius balnei ſicut
cōiter: cuius rō eſt, q2 vinū albuꝫ ſubtiliatū cū aqua ꝓfundiores
ptes humectat ⁊ infrigidat ratiōe aque ſecum iuncte: vt dicit
Auicēna tertia primi, ⁊ Ariſtoteles ꝓblematuꝫ ꝑticula tertia
ꝓblemate tertio. Idem etiā dr̃ ab Ipocrate inde regimine
acutoꝝ in illo textu. In aqua nullā ⁊c. Et huiuſmodi epatica ⁊
ſupcalefacta corpora uina euitent grādia dulcia ⁊ groſſa tanꝗ̄
inimica coꝝ interficientia: vt intelligenti patet ⁊ cetera.
¶ Qui uero hec balnea intrant ut coꝝ corpa groſſiora fiant:
ſi in illis non ſit opilatio neqꝫ aliqua in aliquo membroꝝ ſu-
pcalefactio uino utanť rubeo aut albo dulci: qđ q2 multum au
get in ſanguine carnis generādi ſufficiens eſt materia: ut in-
nuit Auicenna prima primi. Huiuſmōi eniꝫ vina multū au-
gent in robore ⁊ pinguedine. Colligiť hec ſententia ab Aui
cenna tertia primi capitulo de regimine aque ⁊ uini, ⁊ a Ga
leno ſecunda Affoꝛiſmoꝝ cōmento undecimo.
¶ Illi uero qui ad hec balnea uenerūt ꝓpter ſtomaci ⁊ epa
tis debilitatem bibere uinum rubeuꝫ non cruduꝫ eſt eis con-
uenientius, ⁊ precipue illud in quo ſit aliqua ſtipticitas qua
maxime talium membroꝝ debilitas releuať. Mulieres uero,
que propter ſue matricis complexionem frigidā ⁊ humidaꝫ
ad hoc balneum uenerunt uinum euitent album. quia diure-
ticum ⁊ illius male diſpoſitionis conſeruatiuuꝫ. Laudo ſum
mopere ut unuſquiſqꝫ tam in uino ꝗ̄ in decoquendis cibariis
alia aqua non utať niſi aqua huius balnei. Et ratio huius ſit a
Philoſopho ſumpta cum dixit. Qđ idem inquantum idem
ſemper eſt aptum facere idem: Si ergo tam in balneo ꝗ̄ in
potu hec aqua bona erit alicui, ſemper illi in eodem caſu erit
bona. Abſtineant gentes hoc in loco a fructibus aceto lactu-
cis ⁊ leguminibus, ⁊ preſertim illi qui de ſtomaci frigiditate
queruntur: aut alia illius mala diſpōne. De epaticis aliter dicatur:
ſicut ꝯſideranti patet ⁊ cetera. Nā in talibus nō diſcōueniūt.

De ſomno.

Dormiant conuenienter & debite in nocte: & ſi naturaliter fieri nõ poſſet artificioſe pūocet: decima materia tertii caplo de nocumentis digeſtionis dicit ab Auicenna. Somnum eſſe vnum de numero eo⁊ que integrā & pfectā digeſtionem efficiunt, p ipſu⁊ nõ ſolu⁊ cibi digerunt ſed ſpiritus defatigati ab operibus reficiendi reuocant: vt prima tertii, dicit caplo de ſubet ab Auicenna. Diurnū euitent quantum poſſunt. ſicut in regulis dictum eſt: cum ſit frigidarum egritudinu⁊ & reumatiſmo⁊ productiuus: ſicut dixit Auicenna capitulo ſuo. Verum ſiquis omni die dormire eſſet conſuetus nõ debet ipſu⁊ dimittere: vt colligit ab Auicēna in capitulo de cura aſmatis: vbi Auicēna aſmatico pp conſuetudinem cõcedit diuturnum ſomnum. Conſuetudo quippe aſſimilat nature: iuxta illud philoſophi. Ad conſueta uenire fit ſalus ipſis ſicut in nature ſtatum. Magis nociua eſt cõſuetudo malo⁊ dimiſſa q̃ illo⁊ debite ſeruata. ut colligit ab Ipocrate in illo afforiſmo. Parū deterio⁊ cibus & potus &c. & ab eode⁊ in illo alio affo⁊iſmo. Aſſueti aſſuetos ferre labo⁊es: & in pleriſq₃ aliis locis &c. Illis quibus ſomni conceduntur & conueniūt duo pro actu illo memoranda ſunt: quo⁊um primum eſt q bo ra ſomni ſint bene cooperti. ¶ Secundum eſt vt capite iaceant eleuato.

De exercitio.

De motu ſeu exercitio & quiete hoc in loco dicendum eſt que duo omni co⁊pori humano ſunt neceſſaria. & quo exercitio omnes noſtri co⁊poris virtutes gaudēt mirabiliter: ſicut dicit Galenus ſcđa affo⁊iſmo⁊ cõmento 48 immo ſanitatis eſt p⁊incipal'r cõſeruatiuum: vt tertio tegni a Galeno & qnto Methaphyſice, & ſcđo Ethico⁊ colligit. Non ſolum motus humana co⁊pora ſaluat a putredine ſed aquas & inanimata conſeruat in eſſe: ſicut quarto metheoro⁊ dicit ab Ariſtotele. intelligendo tñ de exercitio tēperato: q⁊ de ſuperfluo nõ eſt verū. vt tertia p⁊imi: & p⁊io Cantico⁊u⁊ dixit Auicenna. Oppoſitas operationes facit quies: a qua calo⁊ naturalis extinguit: & ea mediāte putrefactio cunctis rebus inducit. Hec

ſnia colligiť a Cōmentatoꝛe quarto Metheoroꝝ commento
vndecimo: ⁊ ideo bene diciť. Qui ſanitatis gaudio vult carere
ab exercitio abſtineat. Sed pꝛo melioꝛi notitia huius eſt intel
ligenduꝫ ꝙ in duabus hoꝛis dici debemus nos exercere. quaꝝ
pꝛima eſt imediata hoꝛa poſt pꝛandiuꝫ aut cenā. ⁊ huius hoꝛe
exercitiuꝫ debꝫ eſſe leue, vt puta deambulādo p centū paſſus
⁊ tale eſt ad ꝓpoſitū ⁊ vtile vt cibus ab ore ſtomachi in fun-
duꝫ integre cadat, ſicut dicit Auicēna, quo expleto vnuſquiſꝗ
deberet ab omni exercitio coꝛpali p tres hoꝛas ad minus ab-
ſtinere: vt omnis caloꝛ ad cibū digerenduꝫ concurreret. Scđa
hoꝛa vel ſcđꝫ tps, in qua nos dēmus exercitiuꝫ facere eſt hoꝛa
illa in qua cibus eſt fere digeſtus: ⁊ iā alterius q̄ſi appꝛopiquat
hoꝛa: ⁊ hoc exercitii genus dꝫ fieri añ pꝛandium ⁊ añ cenā, ⁊ dꝫ
eſſe multo foꝛtius pꝛioꝛi: naꝫ p tale intendimus reſolutioneꝫ
⁊ conſumptioneꝫ ſupfluitatum ex pꝛecedenti cibo acquiſitaꝝ
Totuꝫ hoc pōt colligi ab Auicenna capitulo de hoꝛis exercitii
Et huius ēt exercitii debita menſura habeať. Dico ipꝫ ceteris
parib⁹ dēre ꝯtinuari vſꝗ ad ſudoꝛē. i. vſꝗ quo coꝛpus ſudare
icipet: quo icipiēte apparere qeſcat. Sed qꝛ ad hec balnea q̄nꝗ
veniunt quedam coꝛpoꝛa ita debilia aut taliter inflammata
ꝙ huiuſmodi dicto exercitio vti nō poſſunt: vt colligiť ſecun-
da pꝛimi capitulo de pulſu ſomni. Dico ꝙ talia coꝛpoꝛa cum
modico exercitio indigeant: ſicut diciť ab Auicenna capitulo
de exercitio. Debēt leuiter loco foꝛtis exercitii deambulare ⁊
leuiter moueri. Et cum exercitiū capiatur pꝛo motu facto a coꝛ
poꝛe dico ꝙ ſi unuſquiſꝗ ſenſus exerceat nō erit inutile, ſicut
audiendo fabulas ⁊ videndo pulchꝛa: que omnia ſi voluptuo-
ſe pꝛocedant valde iuuant in acquirenda ſanitate ⁊ ea conſer-
uanda. Colligitur hec ſententia quarta pꝛimi ⁊ ſecundo can-
ticoꝛum ⁊ vndecima tertii capitulo de caſu virtutis. Hoc idē
etiam habetur tertio tegni a Galeno. Sed quid multis mo
roꝛ, inquit Auicenna pꝛimo Canticoꝛum, gaudium maxime
macilentos impinguare. Quod etiam ſonare videtur Ipo-
cratis ille Afforiſmus. In omni egritudine letari mente ⁊ be
ne ſe habere ad oblationes bonum, contrarium vero malum

Sequanť igiť omni ſtudio gaudiuȝ ⁊ voluptates quicũq; in cõ ſeruãda ſanitate aut illa recuperãda ſunt occupati, totiſq; ui- ribus triſtitiã animi fugiãt, q2 peſſimuȝ: Ethicoꝝ ſeptimo. Eſſet conſequenter de inanitione ⁊ repletione dicendum: de quibus cum in capitulo de regulis ſeruãdis dictũ fuerit: ne ni mis prolixus ſim de illis aliud dicere relinquať. cum hoc ne euacuationẽ balneo premittendã obliuioni mandent.

¶ Capl'ȝ ſextum De iuuamentis huius balnei ad ſtomacuȝ.

Expeditis regulis de regimine ſeruãdo quoad uictuȝ ut hoc balneũ optime ſanitatem reſtituat: quia ma- giſter Vgoliuus in ſuo libello de balneis ait ipſum mẽbris nutritiuis eſſe peroptimuȝ. A ſtomaco prius incipiaȝ uelut ab illo cui' opationes ſi impediantur reſiduum corporis nõ bene ſe habebit. Sed ut ſingula dicẽda melius intellagant nõ uideať abſurdũ iteruȝ replicare quot qualitates uel ꝓprie tates in iſta aqua reperianť ⁊ adſint. Quibus bene cognitis qm̃ notitia effectuuȝ dependet ex cauſe cognitione unuſquiſq; ſcire poterit quomodo hec aqua in diſcraſiis ualeat. Primuȝ in iſta aqua eſt actualis caliditas aque inherens, que quamuis ꝑ ſe caleſaciat ꝑ accidens tamen infrigidat aperiendo poros ⁊ faciendo calorem. tã extraneuȝ q̃ȝ naturalẽ exalare, ſicut colli giť ab Auicenna ſecunda primi capitulo primo. Secundo huic caliditati aſſociatur aque humiditas multa: que exiccatis membris iuuat ⁊ arefactis: que humiditas ratione calidita- tis actualis ad profundiores partes a natura dirigitur. Tertio in illa eſt uirtus quedam ſtiptica ferri incoriatiua ⁊ re tentiua illis membris iuuans. que ab humido fuerint relaxa- ta. Inquit Auicenna decimatertia Tertii. Uirtutem ſtipti- cam illius modi debilitatis membris opem preſtare. Nec hu iuſ modi aqua abſoluiť ab aliqua parua ſiccitate ratione ferri ⁊ calidi ſui actualitate, que licet exigua ſit tamen quãdoq; na- tura gerens uicem intelligentie ex illa aliquod auxiliuȝ ſugit. Dico igitur pro meliori reſolutione ꝙ in hac aqua reperitur caliditas humiditas ſtipticitas ⁊ virtus frigida ferri cum ali qua parua exiccatiua qualitate.

Dis dictis poſſet aliquis inſtare non eſſe verum ꝙ hec aqua exiccet cum ſuperius dictum ſit ipſam valde humectare: ſimiliter ꝙ non calefaciat: quia diximus ipſam infrigidare modo accidentali: et ratione virtutis ferri: modo cum per Ariſtotelem primo de generatione idem ſimul et ſemel non poſſit contrarios effectus producere: cum effectus contrarij contrarias habeant cauſas. ergo etc. Huic dubitationi reſpondetur ꝙ licet vnum et idem vno modo non poſſit contrarios effectus producere: poteſt tamen diuerſimode ſeu pluribus modis illud efficere. ſicut dicit cõmentator quinto methaphiſice cõmento ſecundo: modo hec aqua quoſdam effectuum producit per ſe: ſicut eſt caliditas ex ſua caliditate: et aliquos per accidens ſicut eſt membrorum infrigidatio per extractionem caloris naturalis illorum: et ſic ab eodem poſſunt contrarij effectus prouenire diuerſimode: eodem modo dicatur de humectatione et exſiccatione: licet rectius ſit negare illos effectus prouenire ab eodem intelligendo pro eodem eandem cauſam: patet hec reſponſio: quia ab aque humiditate prouenit in nobis humiditas: et a ferro et caliditate actuali ſiccitas. Vlterius eſt ſciendum ꝙ huiuſmodi effectus contrarij in nobis manifeſte apparent: et fiunt ratione virtutis diſcernẽtis et applicantis vnũquemque illorum loco ſuo: dixit Auicenna ſcdo canonis: Virtus eſt que diuidit et tranſmittit vnamquamque complexionem ad partẽ quam meretur etc. Quod aſſentiens Galienus dixit. Virtus eſt curatrix. medicus vero miniſter. Hoc eſt illud de quo confidunt medici: et quod in omni curatione morbi pro ſocio recipiunt: immo vt rectius dicam virtutis corporis noſtri ſunt famuli. Quod oſtenditur: nam virtute nihil operante medicina nihil poteſt: ſicut dixit Auicenna prima quarti capitulo de cura emitritei: vbi hec verba ꝓtulit. ſ. Si natura non diſcernit: non valet curatio. His poſitis conſtat ꝙ hec aqua eſt per optima illi: cuius ſtomachi complexio eſt frigida et humida: quia ipm calefacit ſua caliditate actuali: et ẽt caliditate vnguenti ſupius poſiti in hoc balneo neceſſarij in tali cauſa. Aduerſatur humiditati rõne ſiccitatis alique: quam elicit natura ex calore ſuo

actuali ⁊ ipſius ferri ſiccitate reaggregat partes mollificatas ab illa humiditate ratione ſue ſtipticitatis. Si aũt velis hoc ꝑ auctoritatem aliquam videre lege capitulũ de ferro Auicenne necnõ conſiliũ Bartholomei de monteagnana de pręfocatione a flegmate groſſo intitulatũ. vbi hec verba inuenies. ¶ Eſt enim mihi magnũ ſecretũ viſum in cura male cõplexionis frigide ⁊ humide ſtomaci accipere libras viginti aque: ⁊ in ea quater extinguere fruſtũ ferri vel calibis. Mirabilis eſt etiã hec aqua illis quoꝝ cõplexio ſtomaci eſt valde ſenſibilis ſeu rarefacta. Nam huiuſmodi ſtomacos inſpiſſat ⁊ incoriat ratione qualitatũ ferri. Nã ſicut dicit ab Auicẽna ſecũdo Canonis. Stiptici operatio eſt inſpiſſare. Valꝫ illis etiã qui poſt aſſumptũ cibũ imediate euomũt: ſiue illud a mala qualitate humida ſtomaci ſiue a nimia ſenſibilitate prouenire t: patet ex dictis ꝙ inſpiſſat incoriat ⁊ ſtipticat, que virtus ſtiptica vomitui eſt cõtraria. Mirabiliter etiã ꝓdeſt illis ad quoꝝ ſtomacos quãdoqꝫ in die hora vacuitatis dẽſcẽdit colera: quis aut ſincopizant aut de incendio ſtomaci conqueruntur: ⁊ pręcipue ſi ab iſtis in potu ſumatur: naꝫ mirabiliter educit colerã, vt inferius dicetur in vna queſtiuncula. Opem etiã fert illi qui nõ põt digerere ratione opilationis facte in epate aut renis, Inferius dicetur ꝙ opilationes ſua quãtitate ⁊ ſubtilitate uenarũ ⁊ epatis potentiſſime aperit ⁊ in hoc caſu debꝫ in potu ſummi in magna quãtitate Et vt breuis ſim ſcias Lector hãc aquaꝫ in omni mala ſtomaci diſpoſitione rem vere eſſe diuinã. nec ſtomacũ ſolũmodo cõfortat diſtemperatũ, ſed appetitũ deꝑditũ mirũinmodũ facit reuiuiſcere. Hõ totum eſt ex dono Dei omnipotentis ⁊c.

¶ Capitulũ ſeptimũ de iuuamẽtis ad Epar.

Epar eſt membrũ cuius cõplexio quãto melior fuerit tanto melior totius corporis habitudo reſultabit ꝑ ſanguinẽ nobis ad vitaꝫ nẽceſſariuꝫ qui in ipſo gñatur. Ex cuius mẽbri ſanitate fit aliorum pfecta operatio, ſicut dixit Auicẽna primo canticoꝝ. Cum ergo hoc mẽbruꝫ ſit ad calidas diſcraſias faciliter labile, vt inquit Raſis libro diuiſionum ⁊

Auicēna decimaquarta tertii. Credo creatorē celi ⁊ terre. ꝓp
hoc iſtud balneū nobis creaſſe remediū vnicū illius. Ualet
igit̃ hec aqua in mala cōplexione calida ⁊ ſicca epatis tam in
potu ꝗ̄ extrinſece adminiſtrata, q2 ipſuȝ humectat infrigidat
⁊ cōfortat per ſuas qualitates, vt ſuperius fuit declaratum.
Peroptimū eſt ēt in opilationibus epatis & ſuis imunditiis
Notū eniȝ eſt ꝙ ſi bibat̃ canales epatis lauat, ⁊ ſua quātitate
⁊ ſubtilitate opilationes aperit. Viſo eius diuino iuuamēto
ad epar corelarie ſequit̃ mirabiliter valere ſingulis egritudi-
nibus que ab illo naſcūtur: ſicut eſt intericia formica eriſipila
cancer ſcabies ⁊ leonina lepra: in qua magnifice ꝓdeſt epar il-
loꝝ infrigidādo ⁊ ſanguinē illoꝝ groſſuȝ aduſtuȝ humectādo
⁊ de hac materia pfectas vidi ⁊ bonas experientias. Conue
nit egregie illis qui in facie ſua rubores cū certis puſtulis por
tāt ⁊ precipue ſi bibat̃: patet ex ſuperius dictis: ⁊ ego vidi quā
plures hoc genere morbi laborātes ex illi⁹ vſu optime fuiſſe
curatos. Ualet ēt in ſtomaci debilitate caceticha qua chilus
iam ad aliquē ſanguinis colorē cōuerſus ⁊ nō retentus ad ſto-
machū rediens cū fecibus exit quocūqꝫ mō adminiſtratū ſicut
haberi pōt ex ſuarū qualitatū cōſideratione: nā licet ipſuȝ ali-
qualiter infrigidet, tñ qualitate ſua ſtiptica virtutē contētiuā
releuādo iuuat: ſicut colligi: pōt ab Auicēna capitulo de medi
cinis epar confortātibus: ⁊ ab Auerroi quinto colliget. Dico
igit̃ concludēdo ꝙ in omni mala epatis diſpoſitione hoc bal-
neum eſt vnum ſingulariſſimum ⁊ facile remedium: ſicut in
telligenti patet. ⁊c.

Capitulum 8. de membris generatiuis.

His viſis tranſeundū modo eſt ad mēbra generatiua
hominū ⁊ mulierū ⁊ qm̄ vir muliere eſt melior ſicut
dicit Phs primo politicoꝝ. deinde q2 vir mulieres
excedit nobilitate ingenii iuxta illud Ouidii, Fortius inge-
nium ſuſpicor eſſe viris. Ideo ab eo tanꝗ̄ a digniori erit in-
choandum. Accidit ſepiſſime iuuenibus paſſio quedam go
morrea appellata que nihil aliud eſt niſi inuoluntaria emiſſio
ſpermatis qua mala accidentia inſurgunt. Qui ſi ad hoc Bal

neum ibunt:egregie conualeſcent. Et quoniam hec paſſio a duabus cauſis vt plurimum accidit. ſ. a mala complexione hu mida teſticulorum: qua non pñt ſpermaretinere. Et a ſangui nis nimia acuitate vaſa ſeminaria nimium excitante ambo bus erit peroptimum. nam primis conferet magnifice p ſuā modicam ſiccitatem ꝛ per ſuam magnam ſtipticitatem: ſecū dis et erit hec aqua perfectiſſima: ꝛ precipue ſi bibatur: qꝛ ex potu illius ſuper calefactus ſanguis infrigidabitur: ꝛ collera ſtimulans educetur. Et ego vidi in hoc caſu experientias mi rabiles ꝛ precipue in vno qui in nocte in ſomno ſepiſſimas in currebat pollutiones: de quibus eodem modo ſicut de gomor rea diximus: eſt dicendum. Prodeſt etiam illis qui renes ha bent calidiſſimos ꝛ cum hoc aliqualiter dolentes. ꝛ illis q vn ctuoſas mingunt vrinas: patet ex ſuperius dictis ꝙ renes infri gidat: ꝛ illos confortat. Ex quibus etiam colligatur ipſam mi rabiliter valere illis qui calculos ꝛ arenulas rubeas patiuntur: ſed debent de ipſa multis diebus ꝛ in magna quantitate in potu ſummere: vt vias vrinales optime abluat: ꝛ illas ſua ꝗ titate bene dilatet: intelligendo tñ euacuationibus premiſ ſis ꝛc. Valet etiam bene illis a quibus inuoluntarie vrina ſem per diſtillat: ſi intrinſece ꝛ extrinſece adminiſtretur: patet qua liter ſua ſtiptica virtute veſſicam ad vrinam retinendam re ducet. Idem etiam dicatur de illis ad burſam quorum falſus humor effunditur illam excoriticans. notum eſt hanc aquam il li fore vtilliſmam. Que dicta nocumēta ſi mulieribus eueniāt de illis eodem modo dicatur que de viris diximus ꝛc. Valet etiam hec aqua in mulieribus: ſi ab illis menſtruorum rubeoꝝ nimia quantitas manauerit: ꝛ notum eſt ꝙ ſiue a ſanguinis a cuitate: ſiue a vene apertione fiant dicta copioſa menſtrua illis optime eſſe profuturam: infrigando ſanguinem ꝛ meatus cō ſtringendo ꝛc. Si vero ab illis copia menſtruorum alborū exi uerit: erit etiam hec aqua proficua ꝛ precipue ſi poſt euacuatio nes ex hac aqua n atrices ſuas in balneis cliſterizabunt: procul dubio tales mulieres menſtrua illa alba remouebunt: ſi ſepiſ ſime hoc balneum viſitabunt: hec tamen vera ſunt: lꝫ in hoc ca

ſu ceterís paribus balneum de coꝛſena ſit hoc efficacius: qꝛ ma
teriam illam citius exiccat: ſed balneum de villa epar ⁊ ſtoma
cum illius diſpoſitionis productiuum melius diſponit: cum
vero ambo coꝛrecti fuerint materiam illam flegmaticam non
regenerabunt. Et de hac veriſſimam vidi experiētiam in vna
floꝛentina: que infra triginta dies ab illis fuit liberata ex hu
ius balnei vſu continuo. Ualet etiã illis qui emoroidas pa
tiuntur: ſi optime Auicenne dicta in capitulo de ferro recen
ſeant. Et cum illarum cura vna medici intentio verti debeat
ad cauſam facientem: ideo epar illius coꝛrigendo dictis emoꝛ
roidibus iuuamentum dabit: voluit Auicenna decimatertia
tertii in cura illarum illoꝛum epar ⁊ ſplen deberi pꝛimo cura
ri. Secunda etiam intentione que ad locum leſum conuenit e
rit hec aqua bona: quia ſua ſtipticitate coꝛroſiones remouēdo
venas illas ſtringet. Idē ēt dicat̄ d̄ aliis egritudinibꝰ ī āno ⁊c.

¶ Queſtio pꝛima de potu huius aque.

Cum dixerim hanc aquam potui eſſe aptiſſimam: ⁊ p
illum valde conferre. queritur vtrum hec aqua ſit ſolu
tiua. Et arguitur pꝛimo ꝙ nō. Illud qđ naturam ſtrin
git non ſoluit: ſed hec aqua naturam ſtringit: ergo hec aqua nō
ſoluit. Conſequentia huius argumenti eſt nota: ⁊ pꝛima pars
antecedentis videtur eſſe manifeſta: cum ſtringere ⁊ ſoluere
ſint operationes oppoſite. Scđa ēt pars antecedentis pꝫ ex ſu
perius dictis ⁊c. Scđo arguitur ſic. Omne illud qđ ſoluit eſt po
tentia calidum: ſed hec aqua non eſt potentia calida: ſed frigi
da. ergo hec aqua non ſoluit. Maioꝛ huius rōnis eſt Galieni
pꝛima affoꝛiſmoꝛum in cōmento illius affoꝛiſmi. ſ. In acutis
paſſionibus. Minoꝛ vero eſt ēt clara ex ſuperius dictis ſepiſſi
me. In oppoſitum arguitur ſic. Illud qđ educit aliquē humo
rum eſt ſolutiuum: ſed hec aqua educit aliquem humoꝛum. er
go eſt ſolutiua. Maioꝛ huius rationis eſt notiſſima. Minoꝛ
vero patet experientia: nam in potu ſumpta potenter educit
coleram cum magno doloꝛe in anno ⁊c. Pꝛo ſolutione huius
queſtiuncule eſt ſciendum pꝛimo hanc aquam eſſe ſtipticam ⁊
nature conſtrictiuam: vt ſuperius dictum fuit: qđ etiam ma

gis innoteſcet:ſi ſue minere equalitates cõſiderent. Notãdũ ſcdo φ aliquid eſſe ſolutiuũ põt dupliciter intelligi: vno mõ ꝓprie alio mõ cõmuniter. Illud dr ſolutiuũ proprie qd educit aliquẽ humorẽ electiue: & illã nõ educit p qualitatẽ in eo exiſtẽ tẽ: ſꝫ qꝛ a Deo ſic fuit dotatũ fuit: vñ inqt Meſue in de cõſolatione medicinarũ, ſolutiuũ ſoluit: nõ qꝛ calidũ aut frigidũ, ſꝫ qꝛ ſic eſt a ꝓprietate dotatũ ſicut eſt reubarbarũ aut turbit &c. Cõmuniter vero ſolutiuũ dr illud qd a vẽtre educit nõ p dotẽ ſeu ꝓprietatẽ occultã, ſꝫ p qualitatẽ in eo notã exiſtentẽ: ſicut dicim⁹ de malua violis caſſia aut ordei aqua, que rõne humiditatis leniũt & iſtorꝫ numerũ intraret aqua calida ſoluendo ſua quãtitate. His poſitis dico φ hec noſtra aqua eſt ſolutiua cõit & nõ ꝓprie. Soluit enĩ ſua quãtitate & grauedie, & p virtutẽ põticã ſeu cõpreſſiuã quã acquirit a ferro ſtiptica multotiens ſoluũt cõprimedo, qua cõpreſſiõne facta ventres relinquũt ſtipticos. Cũ aũt dicit φ educit colerã dicat φ illa educit ingroſſãdo eã, que ingroſſata faciliter exit cũ aqua. Et breuiter loquẽdo dico φ hec aqua eſt colere ſicut ſyruppus & nõ ꝓprie ſolutiuũ illius. Si vero queraf quare potius educat colericũ humorẽ φ alios dicaf φ illũ nõ educit pp preparationẽ quã dat illi digerendo ipſuꝫ. Secũdo educit ipſum qꝛ talis humor eſt ſuper alios euacuationi obediens cũ ſit calidus: ſicut dicif quarta primi capl'o 4. Eadẽ ſnia eſt Ariſtotelis in libro de gñatione aĩaliũ, cũ dicit φ calidũ eſt bene & faciliter mobile. &c. Deinde ſi queraf nũquid debeamus ſeruare cuſtodiã aliquã de his q̃ ad victũ ꝑtinent die illa qua hãc aquã bibimus. Reſpondeo qd duo ſolũmodo precipue nos ſeruare conuenit. Primum eſt ne illa die fructus aut lactucaſ aut legumina comedamus. eo qd in comeſtione fructuũ aqua ſit prohibita: vt' tertia primi dicif ab Auicẽna. Secundũ qd ſeruare conuenit eſt vt illa die ſint bene veſtiti & ſtent bene calidi ne ꝓpter frigus extrinſecũ impediaf opus nature: que tota die agit in aquã, illã aut per ſudorem aut p vrinã expellendo. De ſomno hic non loquor qꝛ de eo dixi ſuperius in regulis ſeruãdis &c. His duobus notatis a nullo alio abſtinenduꝫ eſt. Nec huiuſqꝫ viſum eſt alicui no

cuiſſe: tāta eſt huius aque excellens nobilitas. Item quia poſſet aliquis querere quo modo ſit magis proficua an i magna quātitate bibita an in modica. Reſpondeo ꝙ pro ſolutione habenda eſt danda talis diſtinctio pſonarū: nam aut illā bibētes ſunt abſolute epatici ⁊ calidi ⁊ alterati, aut ſunt corpora ſtomacū habentia debilē ⁊ nō ſunt epatici: aut ſunt corpora habentia arenulas ⁊ lapillos. Dico igit̄ ꝙ primi numerati ⁊ tertii debent de illa bibere in magna quantitate ſicut ſuperius dictum eſt. Qui vero habent ſtomacum debilem de illa bibant modicum vt puta ciatos quattuor cum zucharo: eo quod pleriq; ex tanto aqueo potu ſentiunt ſe parum melioratos: ſed illam debent pluribus diebus continuare.

Debet etiam in huius potu regula aliqua poni: ⁊ eſt ne omni die bibatur, ſed octo aut decem diebus interpollatis ne ex continuo potu membra interiora multum fatigentur: valentiuſq; illam bibent in die quietis refecta natura. Item ſi omnibus diebus octo continue biberetur non bene fieret illius conſumptio: quia calor naturalis non poſſet eſſe ex continua aque reappoſitione in illam fortiter operari, quia nihil agit vltra gradum ſuum. Item quia poſſet ab aliquo dubitari vtrum hec aqua conferat in egritudinibus capitis in potu ſumpta. Illis reſpondeatur qđ capiti inſunt quedam egritudies per eſſentiam ⁊ quedam per cōmunitatem: ſi illi inſint egritudines per eſſentiam frigide nullo modo bibenda eſt. Sed doccias Balnei de Coſena viſitent. Si vero capiti alicui⁹ inſit aliqua egritudo p cōmunitatem a materia calida producta, utputa a colera naturali vel melancolia non naturali. vel a ſanguine a forti calore epatis nimis ſubtiliato vel inflammato: dico qđ iſtis egritudinibus capitis eſt ꝑoptima: quia in potu ſumpta illarū cauſaſ remouet: qua remota remouet̄ effectus, vt patet intelligēti &c. Valet et hñtibus egritudines frigidas capitis p cōmunitatem nō in potu ſumpta, ſed ab extrinſeco adminiſtrata: ſicut in me operabatur tempore Catarri mei frigidi a capite producto ex nimia ſtomaci frigiditate ⁊ debilitate. Nam ſi p menſem in hoc Balneo corpus meū

balneabam: taliter ſtomacum meum corrigebat ꝙ toto anno bene me habebam. Ad argumenta prima reſpondẽdo facta in principio queſtionis ad primum negetur maior: ⁊ cum dicitur ſtringere ⁊ ſoluere ſunt operationes oppoſite: modo cũ lex oppoſitorum ſit ꝙ vnum a ſubiecto remoueatur per potentiam alterius in illo: ergo dicatur ꝙ ſi ſtringit: non ſoluit. Ad hoc breuiter reſpondeatur ꝙ oppoſitorum lex eſt vera: ſed ſtringere ⁊ ſoluere in hoc argumento non ſunt proprie oppoſita. q2 ſtringere proprie ⁊ ſoluere cõmuniter non ſunt proprie oppoſita. Ad ſcõm argumentum reſpondendo negetur etiam maior: ⁊ ad Galieni auctoritatem pro illius confirmatiõe adductam dicatur ꝙ Galienus intellexit de ſolutiuo proprie dicto: ⁊ nõ de ſolutiuo cõiter dicto: pꝫ ꝙ aqua violaꝝ eſt cõiter ſolutiua: ⁊ tñ nõ eſt virtualiter calida: ſꝫ eſt virtualr̃ frigida ⁊c.

ℭ Queſtio ſecunda.

Queritur ſcõo vtrũ hoc balneum conueniat febricitantibus. Et arguitur ꝙ nõ auctoritate Galieni decimo de ingenio ſanitatis: vbi dicit balnea ethicis non conuenire: q2 eorum calorem ⁊ ſiccitatẽ augeãt. Scõo ad idem arguitur ꝙ non auctoritate Auerois ſexto colliget: vbi dicit balnea non conuenire febrientibus ex materia putrida eo ꝙ corpora humoribus repleta balnea debent euitare: ⁊ illic aſſignat cauſas: hoc idem videtur tenere Conciliator in illa differentia quam facit de materia iſta. In oppoſitum ⁊ pro altera parte eſt. Auicenna prima quarti capitulo de cura tertiane pure: ⁊ Auerois ſeptimo colliget capitulo de cibatione febricitantium: ⁊ Serapio ſexto breuiarij: qui oẽs concludũt febrientes poſſe balnea intrare. Pro ſolutione queſtionis ponenda ſunt quedam notabilia: deinde veniendum eſt ad veritatem queſiti. Notandum primo ꝙ ſicut multi ſunt humores: ita multe poſſunt eſſe febres putride. ſ. de ſanguine: colera: flegmate: ⁊ melancolia: ⁊ de melancolia etiam quedam ſiunt de melancolia naturali: ⁊ quedam de melancolia nõ naturali ex aduſta colera. Queſtio igitur querit vtrum conueniat febrientibus ex colera aut ex melãcolia de aduſta colera: q̃ quar-

tanas facit. de flegm ite:melancolia naturali:z ſanguine: nolo in parte hac tractare:pp huius materie vaſtum pelagus: z pp multa que tam de balneo ꝙ̄ de iſtis humoribus forent diſcenda. Notandum ſcdo ꝙ vltra iſtas febres humorales ſunt non nulle alie non humorales:ſicut ethice que in membris fundantur:aut effimere in ſpiritibus accenſe:z de iſtis duabus febribus etiam querit queſtio. Notandum tertio:ꝙ cum balneum nihil aliud ſit niſi aqua in vnum collecta:balneorum quedam ſunt calida actu:z quedam ſunt frigida actu. de primis querit queſtio:z non de ſecundis. Notandum quarto ꝙ balneoꝝ actualiter calidoꝝ quedam ſunt dulcia vt ferrea:aurea: z ſimilia: z quedam nō dulcia vt ſulfurea:aluminoſa:z ſimilia. de primis queritur in queſtione:z non de ſcdis. Notandum quinto ꝙ ſicut dicitur prima quarti z primo canticorum febris quattuor habet tempora.ſ principium:augmentum:ſtatum:z declinationem:quid aūt ſit vnum quodqꝫ iſtoꝝ temporum: z quotuplex ſit:intelligenti patet zc. His poſitis dico hec balnea conuenire dictis febrientibus:vbi talis febris fuerit in declinatione vniuerſali:z hoc ſenſit Auicenna in capitulo de cura tertiane pure:vbi febris fuerit in principio:ſtatu:vel augmento eis non conuenit.z hoc eſt illud qd̄ itellexit Auerois ſexto colliget. Et ratio quare balnea dulcia nō conueniant niſi in declinatione vniuerſali eſt:qꝛ hmōi balnea mouent humores: z miſcent malos cum bonis:deinde qꝛ reſoluunt partes humoris ſubtiliores:relinquendo groſſum nature difficilius:pp que multotiens mors ſequeretur cum maximo medicorum vituperio. Ad argumenta reſpondendo ad primuꝫ dicitur ꝙ Galienus decimo de ingenio ſanitatis loquitur de balneis frigidis actu:z de illis uerum dicit:qꝛ balnea frigida ethicis approximata calorem tam naturalem ꝙ̄ extraneum repercutiunt:z ſic creſcit caliditas z ſiccitas. In queſtiōe uero queritur de actu calidis. Ad ſcdm argumentum reſpondetur ꝙ Auerois intellexit de adminiſtratione eorum ante declinationem:quod totum conceditur:nec contradicit queſtioni. Ex dictis relinquit. hoc balneum ethicis z effimere eſſe ad propoſitum: qꝛ coruꝫ

calorem extraneum remittit ⁊ illum reſoluendo minuit: ⁊
eorum corpora arida facta ⁊ ſicca humectat.

ℭ Queſtio tertia.

Queritur tertio vtrum hoc Balneū ſit ptiſicis bonū
⁊ arguit q̄d nō, illa nō conueniunt ptiſicis que corū
corpora reſoluunt, modo hoc Balneū eſt huiuſmo
di, ergo nō eſt illis bonū. Conſequentia huius argumenti
eſt nota cum maiori minor uero colligit p̄ Auicennam pri-
ma quarti capitulo de cura tertiane nō pure. In oppoſitum
ſunt cōmuniter praticantes ⁊ c. Pro ſolutione huius dubita
tionis ne ſim prolixus notandum eſt primo q̄ ptiſis duplici-
ter ſumit: ſcilicet cōmuniter ⁊ proprie. Ptiſis cōmuniter ſū-
pta accipit pro quacunq̄ diſpoſitione exiccatiua ſeu p̄ quocūq̄
detrimento exiccationis in corpore noſtro: ⁊ iſto modo acce-
pit ptiſim Auicenna prima primi capitulo de virtutibus: cū
dicit q̄ modica quantitas cibi facit ptiſim: ⁊ hoc eodem mo
do accepit etiam ptiſim Galenus tertia Afforiſmoꝝ in com
mento illius Afforiſmi. ſcilꝫ Autumnus ptiſicis malus.
Ptiſis vero proprie dicta accipit pro detrimēto exiccationis
⁊ conſumptionis corporis noſtri prouenīēte ex vlcere pulmo-
nis ex aliqua habitudinalium: ⁊ ptiſis hoc modo ſumpta diffi
nit a Meſue in ſuo capitulo: ⁊ a Galeno ſeptima Afforiſmoꝝ
in cōmento illius Afforiſmi: ſcilicet in ſanguinis ſputo: ⁊ quin
ta Afforiſmoꝝ in cōmento illius Afforiſmi: ſcilꝫ ptiſis maxi
me fit. Sed de ptiſicis vtroq̄ modo factis querit queſtio.
Secundo notandum q̄ corpus multipliciter poteſt macilen-
tum fieri, ⁊ multis modis contrahere membroꝝ ſiccitatem.
Primo per viam opilationis: ſecundo per viam male dige-
ſtionis, vt dicit ab Auicenna prima tertii capitulo de ſoda ex
malitia complexionis facta, ⁊ decimatertia tertii capitulo de
nocumentis digeſtionis vbi dicit Auicenna q̄ macies ⁊ are-
factio accidit quādo cibus non bene digeritur. Ex qua mala di
geſtione membra non ſufficienter nutriunt. Eadem ſenten
tia etiam colligitur decimaquarta tertii tractatu quarto capi-
tulo primo. Poteſt etiam prouenire macilentia ab exiccatio

ne facta a calido extraneo vel naturali:quo mediāte membra ſm latum augeri nō poſſunt:ſicut eſt notū in ethico tertie ſpeciei:⁊ in corporibus valde colericis. His poſitis ad ppoſitū re deūdo dico ꝙ hoc noſtrū balneū eſt bonum ptiſicis cōmuniter ⁊ ppzie ſumptis:patet ex ſuperius dictis in capitulo ſexto ⁊ ſeptimo ꝙ ſufficiens eſt remouere omnes cauſas effectiuas macilentie ⁊ exiccationis: Ptiſicis vero proprie dictis: id eſt illis qui poſt excreatum ſanguinis propter catarros macilentiam incurrerunt eſt valde bonū:patet ꝙ ſi in potu ſumat ab illis iuuabit ad excreandū materias catarroſas in pectore exiſtentes ratione ſue aque calide:eſt etiā illis bonū: ſi eoꝝ catarri ſint ſubtiles calidi quos p naturā ⁊ ppꝛietatē ſuā eſt apta ingroſſare ⁊ maturare:iuxta illud Auicēne. Et aqua calida maturat catarrū. Eſt ēt illis valde bona ratione ſtipticitatis ferri qua mediāte poſſent illoꝝ pulmonis vlcera ſanari. Eſt ēt illis valde bona qꝛ eoꝝ membra humectat. Et pro meliori noticia dico qđ in vſu huius aque in potu ptiſici nō debent de illa multā quantitatē in potu ſumere,ſʒ potius omni mane paꝝ de illa bibere ⁊ p menſeʒ integrū:de illa pſeuerare:nec iſtis ēt erit inutilis ſi oīa ſua cibaria cū hac aqua decoquāt. Ptiſicis ēt eſt ad propoſitum ſi in illo intrent ratione ſue humiditatis ⁊ virtualis ſue infrigidationis:quibus ethice ⁊ ſiccitati mēbrorū obuiamus. Sed eſt intelligendū qđ hmōi aqua deberent vti:illa nō exiſtēte in balneo:ſed in vna tina in loco liberi aeris:⁊ huius ratio eſt qꝛ cū iſti ⁊ propter pectoris ſtricturā ⁊ pp febriculas quas patiunt pro refrigeratione cordis frigido aere indigeant in illa tina ⁊ conſequēter in hac aqua diutius ſtabunt ſine incōmodo:quod in balneo fieri nō poſſet propter vaporem calidū aeri illius admixtuʒ. Habēt enim balnea coo perta ſuo aere calefacere ſm Abonaly dicta Capitulo de his que proueniunt ex balneo. Ex huiuſmodi aqua ⁊ balneatione membra eoꝝ humiditate reficientur. Dixit Auicenna quarta primi capitulo ſecundo. Et nulla quidem res ad humectandum tm̄ iuuat ſicut ocioſitas ⁊ aſſidua balneatio in aqua dulci dūmodo nō ſit nimis longa. Et ex hoc vltimo dicto Auicēne

colligi quod huiuſmodi non debent in tinis neque in balneis mu
tum ſtare: quia per longam moram nimium eorum corpora re-
ſoluerentur. Uidi ego quam plures macilentos ex vſu huius bal-
nei fuiſſe impinguatos: poſtquam ſe debito regimine oomi gu-
bernauerunt. Quibus viſis ad primum argumentum dicam
hoc balneum non eſſe de numero fortium reſolutiuorum: et ad
formam argumenti negetur an̄s: patet quod etiam illa balnea que reſol-
uunt corpora ptiſicorum conueniunt propter multa iuuātia in illis
poſita: ſi non ſint ptiſici in illis per longum tempus etc.

¶ Queſtio quarta.

Queritur quarto vtrum hoc conferat in fluxu ventris: et
arguitur quod non. Illud quod preparat ad euacuationem
et fluxum ventris non confert in fluxu vētris: ſed hoc
balneum eſt huiuſmodi. ergo etc. Conſequentia eſt nota et maior ſi-
militer: cum illa que conferant in fluxu ventris debeant eſſe
retentiua: cum iuuamentū in hoc caſu debeat fieri a contrario:
hec ſnīa colligi pōt a Galieno in microtegni inde diſcraſiis
oculorum cum dicit. Et leduntur ſimilibus ſue craſi: iuuantur
vero contrariis ſed moderato vſu. Minor vero argumenti eſt
clara: cum hoc balneum ponatur in numero balneorum dul-
cium: que preparatiua ſunt ſolutionis: ſicut colligi poteſt ab
Auicēna decima tertia tertii. vbi precipit quod cum velis aliquē
ſoluere cum iera fac ipſum per aliquos dies balneum intrare:
quia ex vſu balnei melior fiet ſolutio. Scđo arguitur ſic: hoc bal
neum facit humores ebullire: ergo non cōfert in fluxu vētris:
Tenet conſequentia: quia iuuantia in fluxu ventris debent eſſe
humorum quietatiua: antecedens huius argumēti colligi pōt
ab Auicenna prima quarti capitulo de cura tertiane non pure:
vbi numerando nocumenta que pariunt balnea adminiſtrata
ante declinationem vniuerſalem numerat motum in humo-
ribus ſeu ebullitionem pro vno illorum. Eadem ſnīa eſt Aui
cenne etiam quarta primi capitulo de enemate. In oppoſitū
eſt Auicenna capitulo de ſuccurrendo illi in quo ſuperfluit flu-
xus ventris: dicens fac ipſum ſtare in balneo: quia per illud ma
terie male trahuntur a centro ad circunferentiam. Idem etiā

innuit quarta primi:cum dixit: Post medicinam aſſumptam non ingrediatur aliquis balneum:quia trahit materiam ad exterius. Idem et ſenſit meſue capitulo de conſolatione medicinarum intentione tertia:cum dixit. Conuerte materias ad contrarium cum balneis in fluxu ventris ergo ⁊c. Pro veritate queſtionis eſt notandum ꝙ fluxus ventris quantum ad pñs ſpectat eſt triplex. ſ. diſinteria:lyenteria:⁊ dyaria. Eſt aūt diſinteria fluxus factus ab humoribus calidis:in quo inteſtina vulnerantur pp materie acuitatem vel malitiam : ex quibus ſanguinis fluit multitudo poſt exitum corticis inteſtinorū. Hec ſnīa eſt Galieni ſexta afforiſmorum comento tertio vbi dicit diſinteria naſcit ex calidis humoribus inteſtina vlcerantibus. Hoc idem eſt etiā comento vigeſimo ſexto quarte afforiſmorum. Lyenteria eſt fluxus ventris in quo cibus egreditur fere ita indigeſtus ſicut quando fuit aſſumptus : ſicut dicit Galienus ſexta afforiſmorum comento primo. Et Jacobus forliuienſis in comento illius afforiſmi. In ventris fluxibus. Dyaria eſt fluxus humoralis ſine excoriatione inteſtinorum ⁊ fluxu ſanguinis:cauſatus a debilitate virtutis contentiue: vt inquit Galienus in comento xij. quinte afforiſmorum: poteſt etiam quāqꝫ fieri talis humorum expulſio vel fluxus a fortitudine virtutis:vel a nimia humorum malitia : dixit Galienus in comento illius afforiſmi ſ. Quibuſcumqꝫ inter renes ⁊ ventrem ⁊c.ꝙ nature forti nihil eſt impoſſibile.⁊ hec ſufficiant ꝑ notitia terminorum. Notandum ſcdō ꝙ balneum multipliciter modo in fluxu ventris poteſt iuuare. Uno modo dicemus balneum iuuare:qꝛ faciat materias aptas fortiter nocere cito a ventre exire:ſm quem modum medici in hoc caſu reubarbarum adminiſtrant : quibus extractis natura ex illis exonerata cito releuetur:⁊ ſm iſtum modū hec aqua poteſt iuuare in potu ſumpta:ſicut expertus fui in pedagogo ſtrenuiſſimi equitis ⁊ legum doctoris dñi Johānis marci de medicis. Alio modo poteſt balneum iuuare in fluxu eo ꝙ in ſuis ꝓprietatibus naturam ſtringat:ſiue hoc faciat ſtipticando ſiue trahēdo ad partem oppoſitam:vt puta a centro ad circumferentiam:⁊ hūc mo

duz tangit Auicēna quarta primi capitulo de ſuccurrēdo illi:in quo ſupfluit fluxus ventris ſuperius allegato. Poſſent etiaʒ multi alii modi iuuādi mōſtrari:ſʒ iſta ſufficiāt:in pñti dicta. Dico igitꝫ hoc balneuʒ in diſinteria eſſe optimū ſi bibatꝫ: quia materiā educet ꝛ vlceribus ēt auxiliabitꝫ ſua ſtipticitate. Si vero huiuſmodi fluxum patiens nolit hāc aquā bibere in illo intret:primo qꝛ materiā calidā trahet ad cōtrariū ſ. ad cutim: ſcdō qꝛ ꝑ ꝓprietatē ſuā ſtipticā naturā ſtringet. Et ſilr pꝫ hunc modū fuiſſe tactū ab Auicēna decimaſexta tertii cū iſtis exibꝫ aquā calibeatā:loco cuius pōt libere hec aqua accipi. Et vltra hos fluxus tres numeratos ſiquis quereret vtruʒ valeat in fluxu epatico:reſpōdeo ꝙ ſic ſicut vidi experimēto in venerabili plebano peti eſante. Quid aūt ſit fluxus epaticus vide a Conciliatore differētia.cc.ii. Qd̄ cōferat in lyenteria ꝛ diaria: patet ꝑ ea que dicta ſunt in capitulo de iuuamentis ad ſtomacum. Certū ſit his duobus hoc balneuʒ eſſe mirabile propter duo. Primo qꝛ virtutes mēbroꝝ leſas ꝛ debilitatas cōfortat ꝛ naturas illoꝝ ſtringit ſua ſtipticitate. Et qꝛ in fluxibus materie mote ꝛ humores putridi retineri nō debēt niſi poſt illoꝝ euacuationē ne reprehendar ſuperius dicta nō bene fuiſſe dicta: intelligatur premiſſis euacuationibus aliquibus. Ad primū argumentū reſpondendo negatur maior:ꝛ ad cōfirmationeʒ iſtius maioris cum auctoritate Galeni dicatur ꝙ vna ꝛ eadem res poteſt dupliciter iuuare.ſcilicet per ſe ꝛ proprie:alio modo per accidens ꝛ improprie: Primo modo aliqua res iuuat opponendo ſe cum qualitate oppoſita nocitiuo ſicut dicimus calida iuuare in frigidis, Secundo modo iuuat eadem res non per qualitatem ſuam illi contrariam ſed aliquo alio modo.dūmodo iuuamentum ex illo modo nō veniat. Et ſm iſtum modum dicimus Scāmoneam iuuare in tertiana pura:quia illius colerā euacuat:ꝛ iuuare iſto modo accepto negatꝫ antecedentis maior:ꝛ ad confirmationem ꝛ Galenū dicatꝫ ꝙ ambo cōcludūt verum:ſi iuuare accipiatꝫ primo modo ꝛ proprie ꝛc. Ex hac diſtinctione data eodem modo reſpōdetꝫ ad ſecundum ſicut patet intelligenti ꝛc.

❡ Queſtio quinta.

QUeritur quinto vtrum hec aqua ſit bona ſpleneticis
i. illis q̄ habēt ſplenē durū vel durū ⁊ groſſuȝ: ⁊ dimiſ
ſis argumētationibus fieri poſſibilib⁹ dicat̄ ꝙ ſicut epar ⁊ ſplē
conſimilē pati pñt diſpoſitionē ita cōſimilē poterūt hēre cura
tionē: vt dicit̄ decimaquinta tertii: cū ergo dictuȝ fuerit hanc
aquā eſſe vtilem epatico, ideſt habenti epar calefactum & exi
catum, eodē modo erit bona ſplenetico. Cum idem inquātū
idem ſemꝑ ſit aptū ꝓducere idem: conferet hec aqua duritiei
ſplenis ipſam mollificādo: ſi talis durities ſpleni inſit ratio-
ne caliditatis nimis exceſſiue: ad quā nimiaȝ caliditatem ſe-
quit̄ ſiccitas iuxta illud. Caliditas maior ꝙ̄ oportet aſſociat
ſibi maiorē ſiccitatem ꝙ̄ oporteat. Si vero cum tali duritie
inſit groſſitudo ſplenis illi erit ēt peroptima: nō ſoluȝ humi
ctando ⁊ leniendo ſed reſoluēdo aliquid ab eo ⁊ ipſum ſubti
liando. Sed remanet difficultas nō minor p̄ma: ſcilȝ an hu
iuſmodi ſpleneticus debeat hāc aquā bibere vel in ea balnea
ri. Et nonnullis forte videbit̄ ꝙ nullo modo ſpleneticus de-
bet ipſaȝ bibere: quia cōmuniter dicit̄ ſplenem aquaȝ nō dili-
gere: ⁊ ꝓpter hoc medicine ſplenis raro in aquis decoquunt̄,
niſi ille aque ſint de ſibi appropriatis. Huic dubitationi re
ſpondet̄ ꝙ ſplenetici nō debent hāc aquā bibere nec in paruā
nec in magna quātitate: quia illius duritiē ⁊ groſſitiem auget
qđ experimēto vidi. Sed cōtra hāc reſpōſionē arguit̄ ꝙ aqua
hec bibita conferat ſplenetico: ⁊ arguit̄ illud auctoritate Aui-
cenne ſecūdo Canonis capitulo de aqua vbi dicit hec verba,
ſcilicet. Et aqua ferri bona eſt ſpleni ⁊ ſtomacho: ⁊ erea proxi-
ma eſt illi. Ad hoc argumentū ſeu auctoritatem Auicēne di
cat̄ ꝙ dicit verū: nec ex illa colligit̄ ꝙ valeat in potu ſumpta
ſed tantūmodo per viam balneationis, quod multis rationi
bus monſtraret̄ niſi gauderent breuitate moderni. Dico igit̄
ꝙ multum valet hec aqua in egritudinibus ſplenis, ⁊ preci-
pue ex calore productis: ⁊ facit ſecuritatem ne ſpleneticus in
idropiſim cadat, corrigendo illius intrinſeca membra a qui-
bus poſſet idropiſis contrahi ⁊c.

Queritur ſexto vtrum hec aqua conferat idropicis. Et arguitur q̄ non auctoritate Galieni in cōmento illius affoꝛiſmi .ſ. bibide dicte ⁊c. vbi dicit q̄ idropicis ad bibenda ſunt exſiccantia: modo cum per ſuperius dicta pꝛobatum fuerit hanc aquam humectare. ergo non confert. Scdo arguitur ſic. Idropicis non conueniunt balnea dulcia: ergo ⁊c. Conſequentia eſt nota: ⁊ añs pꝛobatur auctoꝛitate Auicēne in capitulo de cura aſcliticis: vbi aſcliticis expꝛeſſe balnea dulcia ꝓhibet: imo paulo inferius dicit: Canon cōis in cura ipſoꝝ eſt exſiccatio. Notandum pꝛimo pro ſolutione queſtionis triplicem eſſe idꝛopiſim .ſ. Aſcliticam: ⁊ eſt illa in qua eſt aqua. Timpaniticam: ⁊ eſt illa in qua eſt ventus: Ipoſarcam: ⁊ eſt illa in qua eſt carnoſitas: de pꝛima queritur in queſtione ⁊ etiā de ſcda: ⁊ non de tertia. Scdo notandum q̄ talis idropiſis pōt dupliciter ſe habere: nam aut illa idropiſis eſt incipiens: aut eſt confirmata: de pꝛima querit queſtio: ⁊ non de ſcda. Tertio notandum q̄ a medico in hac cura a duobus poteſt ſummi indicatio. Pꝛimo pōt ſummi indicatio a virtute que indicat de ſui conſenſu conſeruatione per auxilium pꝛeſtandum. Scdo pōt ſummi indicatio a re pꝛeter naturam .ſ. ab aqua incluſa in ventre: que indicat de ſui remotione per exſiccantia vel per inciſionem aut cauterium. His poſitis pꝛimo dico q̄ hoc balneū eſt optimum idropiſi incipienti ⁊ indicatione ſumpta a virtute ſeu a membꝛis nutritiuis: pꝛobatur qꝛ hmōi balneū corrigit vitium ſtomaci ⁊ epatis quo idropiſis pꝛoueniebat: que membꝛa ab hoc balneo reconfoꝛtata cum alio bono regimine ab incepto opere remouentur. Idropiſi vero facte tam indicatione ſumpta a re pꝛeter naturam q̄ a cauſis ſuis nihil ꝓdeſt: pꝛobatur: qꝛ per hoc balneum non poteſt tale iuuamentū pꝛeſtare membꝛis nutritiuis q̄ ꝑ illud poſſint liberari: pꝫ qꝛ egritudo iam eſt confirmata: neq̄ per hoc balneum pōt remoueri aqua multa collecta in ventre: dicatur igitur talem diſpoſitionem alia indigere medicina. Sciendum eſt etiam q̄ aſcliticis nullo modo conuenit in potu ſumpta: ſed tantummodo balneata:

balneata: qꝛ ⁊ ſi epar corrigeret: tn̄ qꝛ aquaꝝ in vētre augeretꝛ ideo in potu nō capiaꝛ. Timpanite idropiſi iuuabit oīno: cum illa fiat ab epatis caliditate ⁊ ſiccitate ipm̄ humectādo ⁊ infrigidādo: ⁊ hoc ſiue ſumaꝛ in potu ſiue nō: minuet etiā ventris tumorē: ſi patiēs in illa intrauerit: qꝛ ſua caliditate ꝑtez illius vētoſitatis reſoluet. Ad primū argumentū pōt dupliciter rñderi. Primo ꝙ illa ſua opinio nō ſit tollerabilis. Alio mō pōt dici ꝙ Galenus dixit veꝝ indicatiōe ſumpta a re ꝑter naturā ſ. ab aqua collecta in vētre ⁊c. Ad ſcōm negeꝛ añs: ⁊ ad Auicēnam dicaꝛ ꝙ ipſe eodē modo accipit intētionem ab aqua: nos vero indicationē ſumimus a virtute: ſicut regulariter fieri dꝫ a medico: put ipſe dixit prima quarti: cum inquit. Et oīs ſollicitudo tua ſit in diſpoſitione virtutis: quā cum videris deficiētem: non ſis occupatus in aliquo: ſed viuifica eaꝫ ⁊c. Idez ēt dixit quarta primi capitulo de alitibus ⁊ oſcitationibus vbi exclamauit medicū debere ſemꝑ preconſulere ſuꝑ qd̄ maiorem infert timorem: ⁊ ſic pꝫ ſolutio queſtionis ⁊c.

¶ Queſtio ſeptima.

Queriꝛ ſeptimo vtrum hoc balneum cōferat ad ꝑlem ſeu filios generādos. Et arguiꝛ primo ꝙ nō ꝑſupponē do dictū Galeni. ſ. ꝙ leſio fiat a ſimilibus ⁊ iuuamentū a cōtrariis. hoc ſtante pꝫ non cōferre mulieri ſterili propter malam cōplexionē matricis humidā: eo qꝛ auget illius humiditatē: cum ⁊ ipm̄ balneū ſit humectatiuū. Pro notitia iſtius materie ad plenā oīum ſatiſfactionē neceſſe eſſet adducere totum octauū capitulū vigeſime prime tertii ⁊ ꝗ̄plurima alia: ſed qꝛ in hoc tractatulo intēdo oēm prolixitatē euitare: dicam de hac re aliqua ſupficialiter. Sciendu3 eſt primo ſterilitatem poſſe a multis cauſis ꝑuenire: quaꝝ numerū intrāt ſupceleſtes forme: ⁊ ira dei pp peccata: iuxta illud pſalmiſte. Sic bn̄diceꝛ hō qui timet dn̄m: filii tui ſicut nouelle oliuaꝝ in circuitu mēſe tue. Et iſte due cauſe priuatiōis filioꝝ balneis nō remouenꝛ Luceñ. Pōt etiā ſterilitas ꝑuenire ex parte mariti: qꝛ aut eius ſemen eſt nimis calidū: aut nimis frigidū humidū: aut qꝛ eius

virga eſt nimis breuis: ex qua nõ fit mulieri delectatio: ex quo
nec filius: aut qꝛ eſt nimis longa generationẽ ꝓhibens. Pri
mis duobus eſt ad propoſitũ: vt inferius vt dicetur: ſed de vl
timis aliis duobus nõ eſt ſermo. Mulieres vero quãdoqꝫ ſunt
ſteriles ⁊ nõ prolificatiue ex mala cõplexiõe frigida ⁊ humida
matricis: aut ex cõplexione ſicca matricis: aut ex matricis car-
noſitate. hec ſententia eſt Ipocratis in illo afforiſmo. ſ. Que-
cunqꝫ frigidas habent matrices nõ cõcipiunt: ⁊ reliqua. Notã
dũ etiã ꝙ aliquid põt dici humidũ dupliciter. ſ. proprie: ⁊ ſunt
illa in quibus ſola ꝑdominans eſt humiditas oibus aliis qua-
litatibus contrariis remotis: ⁊ iſto modo appellamus aquam
ordei excorticati aut violarum humidã. Alio modo aliquid dicit
humidũ reſpectiue ſeu ſecundũ quid: ⁊ ſunt illa in qbus eſt hu
miditas ꝑdominans cum aliqua alia qualitate: vt puta cũ ſti-
pticitate: ⁊ iſto modo appellamus aquã ordei aduſti: aut aquã
ordei in qua ebullierint cortices granatorum humidã. Notandũ
etiã aliqua conferre aliquo mẽbro põt eſſe dupliciter. ſ. directe
⁊ indirecte. Exemplũ primi vt ſticados capiti. Exemplũ ſcdi
vt zuccarũ roſatũ in catarro eo ꝙ ſtomacũ confortet. Notandũ
vlterius ꝙ ſtat in aliquo vno eſſe qualitates cõtrarias ſ3 ſub re
miſſis gradibus: ⁊ ſm vnãquãqꝫ illarum valde prodeſſe illud ta
le med' ãte opere nature diſcernentis ſeu virtutis applicãtis
quãlibet illarum qualitatũ loco ſibi cõuenienti. Hec ſnĩa eſt Aui-
cenne in de egritudinibus cordis: cũ dicit ꝙ nos medici in paſ
ſionibus cordis miſcemus medicinas: ⁊ credimus a virtute il
las ſeparari ⁊ applicari cordi aut ſpiritui ſm idigentiã ſuam.
Quibus poſitis dicamus hoc balneũ eſſe ꝓutile mulieribus ⁊
viris nõ generãtibus ꝑꝑ malã cõplexionẽ vaſorum generatiõis
calidã aut ſiccam: cõſtat ex ſuperius dictis illorum eſſe ſufficiens
correctiuũ tam in potu ꝙ̃ in balneo illis approximatã. Profi-
cua etiã eſt viris ⁊ mulieribus illis que ꝑꝑ vaſorũ generatiõis
complexionẽ frigidam ⁊ humidã non prolificãt: ⁊ hoc ratiõe
ſui caloris actualis ⁊ rõne alicuius ſiccitatis in aqua exiſtentis:
que duo natura prouida ab hũido in hoc caſu diſcernet: ⁊ con-

trariis qualitatibus: ſi exceſſiue nō ſint: obiiciet. Conferēt etiā illis p̄ confortationē membroꝝ nutritiuoꝝ: ex quorum bono opere calor naturalis augmētatus in humida ⁊ frigida membra ; aget potenter: ⁊ huiuſmodi corpora in humidū ⁊ frigidū diſtēperata hanc aquā non bibant: ſed in balneo longā morā faciāt ⁊ ex illa matrices ſuas in balneo cliſterizent: vt illis membris ſtiptica virtus huius aque etiā imprimat. Et in prole ſuſcipiē da dono dei mirabiles experiētie ſunt viſe huius balnei: putilimū eſt illis mulieribus que p̄p̄ renū debilitatē ⁊ ſi cōcipiāt: filios vſq; ad tp̄s debitū non p̄nt portare: p3 totū ex proprietate ſtiptica cōfortatiua huius aque. Poſſet qs dubitare vtrū hoc balneū valeat illis qui coire nō p̄nt: eo q̄ eoꝝ virga nō erigatur. Quibus reſpōdeatur q̄ ſic per Auicennā vigeſimaprima tertij capitulo decimooctauo: vbi dicit aquā ferreā iuuare ad coitū: ex quo etiā iuuabit ad virge erectionem ⁊c. Ad argumentū factum in principio queſtionis dicatur q̄ illud verum concludere de humidis proprie ⁊ nō de humidis reſpectiue. Reſpōſio huius argumenti optima elicienda eſſet ex notandis: ſed p̄p̄ noſtros mercatores q non ſunt dyaletici hec reſpōſio pro nunc ſufficiat ad preſens. eodem modo dicatur ipſum iuuare ad impregnationem. ſ. per ſe vel per accidens ſeu ſm quid: ⁊ ſic eſt finis queſtiuncule.

Queſtio octaua.

Octauo querit vtrū hoc balneū ſit bonū ſeu valeat podagroſis. i. illis qui habent podagras. Pro quo notādum primo q̄ podagra eſt nocumentū factum in pede. i. in iuncturis pedū. Ciragra eſt nocumentū factum in manu: que nocumenta fiunt merito materierū currentiū ad iuncturas. Notandū eſt ſcdo q̄ danda eſt etiā diſtinctio de iſto termino hn̄t: cum p̄dicetur ⁊ dicat de hn̄tibus actu ⁊ de hn̄tibus potentia: dico igit q̄ in titulo querit vtrū hoc balneū conferat illis q hn̄t podagras in potentia propinqua: ⁊ ſunt illi qui nūq; illas habuerūt: vel ſunt diſpoſiti vt habeāt ⁊ nō querit de hn̄tibus actu nec de hn̄tibus in potentia remota: q2 ſm iſtā po

tentiā remotā oēs hoīes hñt podagras. Probat̄: qꝛ poſſibile eſt oībus hoībus venire podagras ⁊c. Tertio eſt notādū podagraꝝ aliquā eſſe frigidā ⁊ aliquā eſſe calidā: vtputa ſi fiant a fle/gmatica materia: ſunt dicte frigide: ſi fiant a colera vel ſangui ne dicunt̄ calide: diuerſificant̄ etiā in iſtis qualitatibus ſm ꝙ plus vel minus iſti dicti humores pmiſcent̄. Quarto notādū ꝙ lȝ podagre ſicut oīum alioꝝ quatuoꝛ ſint cauſe: tñ in preſenti de duabus loquar. ſ. materiali ⁊ efficienti: de finali ⁊ formali nō eſt neceſſe rōne ꝓlixitatis. Dico igit̄ duas eſſe cās ꝓducti uas podagre: quaꝝ prima eſt materia ſiue humor ſimplex vel cōpoſitus ad iuncturas currēs. Alia ſeu ſcōa cā eſt debilitas ipſaꝝ iūcturaꝝ. Materia currēs generat̄ multipliciter. Aut generat̄ vitio mēbꝛoꝝ nutritiuoꝝ, vtputa qꝛ ſtomacus ⁊ epar alicuius ſunt valde debiles in radice: aut talis materia generat̄ ex nimio aſſumpto cibo vel potu: queȝ ⁊ ſi caloꝛ naturalis ſit fortis in cōparatiōe ad molē coꝛpis: tñ nō pōt ipſu digerere rōne ſue quātitatis vel qualitatis: vt puta ſi talis cib⁹ ſit valde humidus: ex quo poſſet teneri podagrā in quocūqꝫ ꝓuenire ex vitio quāti: ideo pro illoꝝ preſeruatiōe tenui indigēt dieta. Debilitas vero iuncturaꝝ ꝓuenit aut a principiis generatiōis ⁊ hereditarie: ſm queȝ modū Auicēna podagrā appellauit hereditariā: pȝ ꝙ a patre hñte podagrā ⁊ iuncturas debiles nō niſi filius podagroſus aut debiliū iuncturaꝝ oriret̄ ſm illā ſniam Joānis damaſceni in ſuis affoꝛiſmis cum dixit. Qm̄ ſperma decidit̄ a toto: ideo ſanū a ſanis ⁊ egrum ab egris currere ꝯſue uit: vt claudi claudos ⁊ ſtrabo generat ſtrabonē. Proueniūt ēt iuncturaꝝ debilitates qñqꝫ a nimio coitu: naȝ ꝑ coitū nimiū fit eductio nutrimenti iūcturarū ſm illud Auicēne: Sperma eſt ſuperfluū quarte digeſtionis ex quo nutriunt̄ membꝛa dura vt vene ⁊ arterie ⁊ illis ſimilia: ⁊ ꝑꝑ has duas cās nō eſſet inutile podagroſo vitā ducere celibem: ⁊ nunqꝫ vxoꝛem ducere: ne filijs hec paſſio ſit hereditaria: tum ne ipſi ex debito vxori dando proculdubio deterius ſemper ſe habeant. Item ⁊ ſi coitus ſit iſtis aduerſus: tñ ſi ſupꝛa cibuȝ imēdiate fiat: eſt iuncturarū

illoꝝ deſtructiuus:ſicut dicit vigeſimaſecūdā tertij ab Auicenna:fit etiā iuncturaꝝ debilitas a nimio exercitio vel a nimio frigore extrinſeco:ſicut multotiēs accidit his qui ad nūdinas vadūt:fiunt etiā iūcture debiles qñq; pp manſionē in locis humidis:ſicut eueniebat familie Bonaccorſi de prato,⁊ vt contingit etiā illis qui textrices aut calcearias artes exercēt:⁊ multe alie pñt eſſe cauſe:quas breuitatis cā obmitto.Et ſic p3 pp quas cās podagra generet:ideo ſiquis podagras remouere intendit:in remotione iſtaꝝ cauſaꝝ facientiū ſit occupatus.p3 ꝙ remota materia ⁊ debilitate iūcture nihil ad iuncturā curret. Fiunt etiā qñq; podagre a catarro fluēte a capite per neruos occultos ſ3 illud Auicenne vigeſimaſecūda tertij.Et qñq; ſūt cā catarri:capiendo tñ catarrū ſm ꝙ ſonat vocabulū,hec propoſitio eſt vera.Cuiuſlibet podagre eſt cā catarrus:nā non plus ſonat catarrus ꝙ̄ materia deorſum cadēs.Sciendū etiam iūcturaꝝ debilitates cōtrahi:quādoq; a loco:ſicut reputa nimis humido:ſicut ſuperius dictū3:aut ab alia qualitate illius loci: ſicut eſt in hac noſtra ciuitate:in quā oēs vie ſunt cotanoſe,⁊ ciues coguntur toto anno fere portare calapbodia lignea pp crebras ⁊ ingētes pluuias:⁊ pp loci naturalē humiditatē.Ex quo haberi pōt ꝙ cū ex illis cotanis ⁊ pedū calopbodiis magna iūcturis inducat debilitas:quotidie in hac ciuitate podagroſorū numerus ſemp augebit:donec tota nos illos admoueant,nec mirū ſit,ſiqs ex illis nō curat in iſto loco:ſeu ſi ſemp vexent patiētes:q2 rōne iſtaꝝ viaꝝ peſſimaꝝ podagras patientes nunꝙ̄ conualeſcūt.Et ſuper hoc cogitate Lucenſes ciues:ſi optatis a podagra nō ſemp vexari.Et ſi quereret pp quid raro hoies patientes podagras ab illis ſananť:dicat pp hoc nō poſſe curari eo ꝙ natura nō valet materias cōſumere que ad pedes fluxerunt pp nimiā diſtantiā a fonte caloris ⁊c.vbi natura opari nō valet:cum ſit agens primarium alie medicine illic minime pñt:Ex quo p3 medicos nō eſſe vituperandos:ſi podagras factas nō remouent:⁊ ratio ēt eſt,q2 podagre naſcunť vitio nature vt ſuperius dictū3 eſt,⁊ vitio patientis cum intempera

te viuant ꝛc. Sciāt etiā podagrici ꝛ ſi curari pfecte non valeāt pp hoc non eſſe deſperandū, qꝛ deus ꝛ natura nihil fruſtra operanť, ꝛ ꝙ maius eſt: dicit Auicēna vigeſimaſecūda tertii podagram quoqꝫ eſſe cām longitudinis vite, intelligendo tñ debito ſeruato regimine: remouenť ſepiſſime homines a malis operibus mediante aliqua. egritudīe, quibus pfecto fuiſſent deciſi. Prolongať etiam a podagris debito ſeruato regimine vita pp expulſionem quā facit natura de malis humoribus remotis a mēbris principalibus ꝛ ad ipſa extrema tranſmiſſis. Ad propoſitū primum redeūdo dico hoc balneū non valere hñtib⁊ podagrā actu vbi tota materia fluxerit: & ratio huius eſt in potentia ſua ad reſoluendum ꝛ conſumēdum materias fluxas: ſed podagre incipienti vel habenti podagram potentia propinqua eſt aliqualiter ad propoſitū in balnei forma ratiōe ſiccitatis ſeu ſtipticitatis iūcturis ꝯuenientis. Et ſi contra hoc allegareť Auicēna vigeſimaſecūda tertii vbi podagricis phibet expſſe aquā calidam: cū iūcturas mollificet, ꝛ illarum iuncturarum calorem reſoluat: ꝛ minuat. Dicať ꝑ miſſione dcm̄ Auicēne eſſe intelligendū de aqua abſolute dulci. ꝛ nō de aqua dul. i minerali i qua ſūt pprietates ſalie iūcturas ꝯfortātes, ſi vero tales podagre icipiētes vel potētiales ſint a materia calida dicať illis eſſe bonum, qꝛ illas repcutit materias ꝛ alterat. Et conſiliū meum eſt: ne aliquis patiens podagram aut dolores artheticos aliquo mō de hac aqua bibat. Indigēt iuncture exiccatione ꝛ non mollificatione qualem diximus hanc aquam preſtare. Sꝫ oritur a patientibus interrogatio talis. ſ. quo modo poſſent ab illis podagris curari. Quibus dicať tantūmodo cura preſeruatiua illos indigere qua mediante ꝛ ſi integre ſanari non pñt: tñ taliter ſe preſeruabunt ꝙ motū ꝛ deambulationem non perdēt: nec ſeuos dolores patienť. Fit autē hec cura pſeruatiua mediante dieta cōuenienti, ꝛ forti euacuatione ſepe reiterata, que duo ſi ſeruabunt, aut optime aut integre conualeſcent, in quibus duobus podagri aures aperite veſtras ꝛ credite ſeipſo meliorem medicum non reperiri. Pro meliori notitia etiam eſt ſciendum talem

euacuationē ꝺebere fieri regulariter operando bis in anno ſ. vere ⁊ autumno: eo ꝙ in talibus tēporibus podagras patientes ſoleant ledi iuxta illud Ipocratis ꝺictū: Podagrica ⁊ mānica vere ⁊ autumno. Eadem etiam ſententia eſt Albonaly vl geñmaſecunda tertii ſuperius allegata, ⁊ hec ꝺicta ſufficiant pro materia podagre ⁊c.

Queſtio nona.

Nono querif vtrum hoc balneū ꝯferat in ſcabie ⁊ cutis pruritu. Pro cuius veritate eſt notandum ꝺuplicem eſſe ſcabiem, quarū vna eſt humoralis groſſa ſaniem producens a ſanguine aut flegmate ꝓueniens corrupto ⁊ ad cutim expulſo. Alia eſt ſcabies ſicca a colera aduſta incipiens ⁊ nullam producens ſaniem: ſed tantūmodo pruritū intenſum. Sciendum ſecundo ꝙ medici in curatione fienda ſicut ſuperius ꝺictum fuit: quandoq; ſe vertunt ad cām: ⁊ quādoq; ad effectum conſiderantes qḋ iſtorum ſit magis timoroſum: ⁊ pp hanc cauſam inter ſe litigant ⁊ ꝺiſcordant quotidie. Item ſciendum ꝙ pruritus pōt eſſe in cuti ſine vlcerib⁹ ⁊ in cuti cum vlceribus que ſingula ita poſita queſtionem ſoluunt. Dicendū igitur hoc balneū conferre in ſcabie ⁊ pruritu tam vlceroſis q̄; non vlceroſis ſiue intētio medici proueniat ab effectu ſiue a cauſa ſcabiei ⁊ pruritus: quod ꝺictum probaf: nam per huiuſmodi balneum reſoluentur ⁊ alterabuntur humores cutanei cutim vlcerantes: ergo erit bonum. Antecedens p3: cum hoc balneū aliqualiter reſolnat ⁊ infrigidat per ſuperius ꝺicta Item ratiōne ſtipticitatis ferri vlcera ꝺilatari prohibebit: conſolidabit: ⁊ aliqualiter exiccabit: ergo ⁊c. quod totum manifeſtum eſt ex ꝺictis ab Auicenna capitulo ꝺe ferro: Confert etiam ſcabiei indicatione ſumpta a membris intrinſecis: patet ꝙ per ipſam ſi bibatur colericus humor euacuabitur: ⁊ epatis caliditas vrens extinguef: ⁊ licet hec oīa bene ꝺicta ſint, ſcabioſi tñ ſciant balneū ꝺe corſena illis magis eſſe ad propoſitū: q2 fortioris eſt exiccatiōis: l3 ꝺebeant huius balnei per ſex ꝺies ad minus aquam bibere: ⁊ hoc ꝺicitur pp

ertuationē:quam epati τrenſbus induci t:eodem modo etiā dicatur de pruritu ſicut ſcabie diximus.

℄ Queſtio decima.

